

15.8
177.6

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIORE ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

PARS II.

P R O C O P I U S.

VOLUMEN III.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVIII.

P R O C O P I U S

EX RECENSIONE

GUILIELMI DINDORFII.

VOL. III.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXVIII

12.5
-RHS
PROCOPIUS
1.3

CLAUDIUS MALTRETUS v 264

E SOCIETATE IESU

LECTORI OPTIMO S. D.

ΑΝΕΚΔΟΤΑ iam semel anno 1623. Lugduni separate edita, adiungo caeteris PROCOPII Caesariensis Operibus. Quae quidem ita recenset Nicephorus Callisti F. ut locum Arcanae huic Historiae postremum tribuat. Ego vero dedissem primum, si mutare ob Interpretis meritum licuisset. Novi quantus vir fuerit NICOLAUS ALTMANNUS: amplector nitorem styli: Notas, quas historicas appellavit, singulari plenas eruditione deosculor. Addiderat censorias, sive Graeci textus recognitionem, in lectionum diversitate, et eorum, quae Typographus peccaverat, correctione maxime positam. Eiusmodi notas omisi, utpote iam inutiles: cum et lectiones varias in margine disposuerim, et mendas editionis Lugdunensis vitarim. Nonnulla tamen collegi seorsum, retulique in emendationes meas: ubi etiam interpretationem ipsam correxi. Nam hoc in libro ter aut quater Procopius, nisi fallor, aliud Graece, aliud Latine dicit. Id quod valde humanum est. Vix enim potest fieri, ut cum Author quispiam evasit *δύλωσσος* ac lingua duplici loquitur, utraque semper constet, nec diversa interdum proferat. Quamobrem cautius cum iis agere soleo, qui, ut ita dicam, ore sunt gemino praediti, diligenterque attendo, num uno verum pronuntient, altero falsum. Sic attendas velim ad ea, quae ipse in Latinum verti. Iam vero sine, LECTOR, paucis commemorem beneficium R. P. Possini. Eram admodum adolescens, et a consilio suscipiendae interpretationis Procopii longissime aberam; quando inter ipsius manus Codicem vidi huius Historiae MS. quem habet amplissima Bibliotheca ILLUSTRISSIMI CANCELLARI PETRI SEGUIERII. Ex eo ille in exem-

plar Lugdunense transtulit quidquid diversi legerat, ac multis post annis mihi, Procopii interpretationem aggresso, reliquit, Romam proficiscens. Sed hiabat adhuc exordium cum magna parte sequentis narrationis. Neque enim ex MS. utpote mutilo, suppleri potuerant quae desiderabantur. At eruditissimus Possinus in Italiam consilium afferens iuvandi Procopii, feliciter incidit in MS. Bibliothecae Ambrosianae. Unde cum lectiones varias, atque in primis ea, quae exordio deerant, excerpisset, ad me pro sua humanitate misit. Ea nunc, a me Latine reddita et huic libro inserta, sic lege, ut magistro meo gratiam habeas. Vale.

D. L U D O V I C O
CARDINALI LUDOVISIO,
S. R. E. CAMERARIO.

Nicolaus Alemannus F.

Qui publicum favorem, sive Principum gratiam sibi conciliare novarum rerum narrationibus consueverunt, nihil opportunius, nihil magis ex usu esse suo hac historia fortasse credent, quam ex Vaticana Bibliotheca depromptam, ad te, CARDINALIS AMPLISSIME, defero: usque adeo rerum novitate, variisque casibus ea referta est. Verum neque haec ita nova sunt, ut acroamata quis esse putet, incundum scilicet, sed inutile animi delinimentum: neque ego tuam ita quaerere gratiam necesse habeo, qui eam singulari tuo beneficio longe ante tenere visus sim mihi, quam ullis vel factis, vel obsequiis promeruerim: neque tuus ille sublimis animus, quem in gravissimis rebus nunquam non occupatissimum videmus omnes, novis eiusmodi rebus capitur, quibus ut alii capiantur otii suavitas potius concedit, quam negotii severitas. Est tamen haec historia a tuis Ecclesiasticis curis non aliena. Nam Imperatoris Iustiniani (qui huiusce libri est argumentum) in sacerdotalem ordinem, in summos sacrarum Antistites, in rem Ecclesiae publicam, ad hanc ferme diem mirati sumus effusam licentiam: et Cardinalis Baronius aequalis doctrinae vir ac pietatis, cum huius Imperatoris res in annales referret, vehementer etiam atque etiam hunc Procopii librum expectavit, quod inde compertum fore putaret, Imperatoris Iustiniani mores qui fuerint, quod ingenium, quae prudentia, quae denique pietas; cum non bonam de illo opinionem movere videretur illa eius in

Ecclesiasticos licentia, quam in pium probumque Principem cadere minime posse et summus ille vir affirmabat, et boni omnes intelligunt. Haec porro in posterum Christiana Respublica mirari desinet, et quae Iustinianum suspicere adhuc visa est, licet despectura dehinc non sit, est tamen eius vicem, casumve infelicissimum deploratura; cum hic lubricos videbit calles, viamque vitae periculosam, quam Iustinianus ingressus, a vera regiaque deflexit, ac demum ad petram Christum offendit, sibi que praecipitium paravit. Tantum ac tam illustre Iustiniani exemplum sub eius auspiciis in publicum prodire par est, qui in Ecclesiasticas ita curas incumbit, ita sacerdotalem tuetur dignitatem, ita denique propagandae Religioni studet, ut facere te omnes videmus, et publice gratulamur. Nec dubito quin Baronius ad tui quempiam similem delatum hunc librum voluisset, si tum a se inveniri contigisset, cum Apostolicum Bibliothecarium agebat. Nunc vero dum pro munere meo Vaticanam Bibliothecam perlustro, et optimos quosque libros, qui ad publicam utilitatem edantur iussus perquiro, hic se mihi primus obtulit, quasi non temere ac fortuito delitesceret, sed te patronum praestolaretur. Hunc tibi tot nominibus debitum ego pro mea in te observantia defero, do, et si qua pars hic mea est, dedico.

NICOLAI ALEMANNI

V 275

D E P R O C O P I O,
ET ARCANA EIUS HISTORIA
I U D I C I U M.

De Iustiniano Imperatore, deque rebus ab illo gestis ea vulgo est hominum opinio, ut quidquid secus affirmes, quam de eo fama percrebuit, suspitione id carere minime videatur. Quare non ambigo, multos, qui hanc Historiam lecturi sunt, statim dubitatu-ros, num vera illa sit, aut saltem ab odio sincera, et a malevolentia penitus integra.

Quamquam enim in confesso sit apud omnes, neque ulla defendi excusatione queat Iustiniani de Christo sententia plane perversa, et ad religionis dogmata definienda, Ecclesiasticasque sancien- das leges effusa licentia, et in Romanos Pontifices, Agapetum atque Vigilium, aliosque Praesales saevitia: duo tamen illa huius Historiae summa capita nullus temere credat; ita moribus incompositum eam Principem, qui terrarum orbem sanctissimis legibus temperavit; itaque Reipublicae perniciosum, qui tot urbes, regna, provincias, atque regiones Imperio Romano restituit; exteris ac barbaras gentes aut omnino delevit, aut repressit, aut denique in societatem populi Romani adiunxit. Sane post Constantini tempora Imperium Romanam pene corruens ita sustinuit Iustinianus, ut cum antiquis Imperatoribus merito comparari possit.

Enimvero harum rerum duarum splendor in Iustiniano sic enituit, A 2 ut quidquid culpa, vel criminis in illo fuit, ea sit occultatum claritate. De partibus quidem victoriis, Imperioque Romano propagato P II nihil hic attinet dicere, cum sola modo reliqua illorum memoria sit.

Constitutiones autem ab eo sapientissime conditae; vel veterum Imperatorum leges uno in Codice ordine distributae; vel antiquorum Sapientum responsa ex immensa congerie summa studiorum facilitate ac brevitate digesta; vel haec eadem ad Institutionis modum enucleata, eam Iustiniano gloriam pepererunt, ut undecim iam et amplius hominum aetates eandem quasi per manus acceperint, foverint, et magis ac magis amplificaverint. Nec sane facilius Iustiniano quicquam fuit, quam vel hanc solum ob rem gloriae ac nominis laude reliquos omnes Romanos Principes infra se ponere; cum illi pro suorum quisque facinorum praestantia, in Romana Republica, velut in theatro, alius alio vel humiliore, vel editiore loco titulos, nomenque sibi statuisse videantur; ipse vero qui Romanis legibus suum praefixit, eminentissimum locum, atque aeternum invenit.

Quamobrem in tanto publici favoris applausu, sinistri de eo rumores pene siluerunt, ac tanta gloriae ac temporis diuturnitate omnis de illo ingrata memoria exolevit. Exolevit autem tum apud alios, tum apud eos praesertim, qui cum dies noctesque assidui cum Iustiniano sint, eam de illius iustitia, temperantia, pietate, innocentia conceperunt animo opinionem, quae non rebus ab eo gestis, ad quas parum fortassis attendant animum, respondeat; sed quae latis ab eo legibus conveniat; in quibus nihil fere est, quod non ad absolutam virtutis normam scriptum inveniant, et quasi in imagine suis coloribus expressum contemplantur. Neque ipsis quidem aliter de Iustiniano sentire praestat, cuius commendationem non minimum suorum esse studiorum ornamentum putant. Scilicet Iurisconsultos Procopii haec offendet historia; nec tamen omnes passim, ut arbitror, sed eos duntaxat, qui minus antiqua litterarum monumenta pertractarint. Nam etsi modo in magna praeae historiae penuria, tenebrisque versemur, multique rerum a Iustiniano gestarum scriptores desiderentur, nempe illi Procopii aequales, Hesychius Milesius, Ioannes Lydius, Theophanes Byzantius, Menander Protector, Paulus Florus, Ioannes Antiochenus, Plutarchus Iustiniano a secretis, et alii plerique; P III supersunt tamen Graeci, Latiniq̄ue eiusdem aetatis graves Historici, qui Procopio dant praeclarissimum in iis, quae narrat, testimonium; quamquam Principum obtreccionibus sui quisque periculi formidine abstinere soleat. Euagrius Epiphanius Scholasticus detestatur Iustiniani profundam avaritiam, rerum alienarum rapinas, subiectorum cuiusvis ordinis vexationes; quas et longe diversis artibus ille com-

miscebatur, et impudentissimis nonnunquam meretricibus administris in ditissimos quosque parabat. Addit, Magistratus, Praefecturas, Officiaque ab eodem pretio divendita: Ecclesias, Noecomia, A 3 Monasteria, et alia id genus aedificia ex privatorum exuviis ab illo excitata. Venetorum ita foyisse factionem affirmat, ut Prasinus impune contrucidandos n̄s permitteret, eorumque licentia caedibus, rapinis, incendiis omnia compleret; Magistratus vero qui in Venetos egissent ex lege, capite damnaret. Nempe haec summa est eorum, quae Procopius in hac historia prosequitur: quamobrem Euagrii Scholastici verba hic ideo praeterimus, ut in ipso huiusce libri limine argumenti loco opportunius extent. Maiestatem Romanae Republicae pene labefactatam initio quidem suae dominationis non minima cum laude Iustinianus, ut dixi, sustentavit. Verum ubi consentit, adeo illi vires, animusque defecit, ut, quemadmodum scribit Menander, non Persis modo, sed Hunnis, Abaribus, Saracenis, Cortiguris, aliisque Barbarorum populis tributarium fecerit Imperium Romanum. Hesychius Milesius Iustiniani levitatem derisit, qui adulantem Triboniano fore crederet, ut in coelum vivus surriperetur. De illius fraudibus atque fallaciis uberius quam Procopius scripsit Agathias Myrrhinaeus; nam et artes, et epistolarum exempla profert, quibus Hunnorum Ducibus ad invidiam et odia excitatis, et ad civilia bella crudelissimo dissidio inflammatis, eam gentem penitus abolevit. Nec sinit patrimoniorum et haereditatum rapinas aequae in superstitibus liberos, ac in demortuos parentes, crudeles, iniustas, impias. Quare Iustinus successor apud Corippum,

————— *Vivus patri qui substitit haeres,
Thesaurus fidis privatos ferre ministris
Imperat.* —————

Nam Corippus Africanus tam improvidus est Iustiniani atque Iustini P IV adulator, quam levis Poeta; in alterius enim laudibus exultans, alterius in vituperationem labitur incautus, vel potius adductus veritate. Gregorius Turonensis Iustiniani avaritiam a lectissima matrona Iuliana Anicia delusam luculenta narratione commemorat. Vitalianum V. C. Romanae militiae Magistrum, Iustiniani factione interemptum narrat Victor Tunnensis.

Is ipse, et Liberatus Africanus memoriae prodiderunt eiusdem in universum Ecclesiasticum ordinem, in Episcopos Orientis, et Africae, in Romanos Pontifices saevitiam et immanitatem. Contra, V 267

Iustinianus sic Constantinopolitanorum Patriarcharum fastui ac supercilio blanditus est, ut Ioannes Scholasticus Cappadox, Iustiniano, a quo plurimum diligebatur, Rempublicam administrante, primum Oecumenici nomen sibi arrogarit, idemque ratum, gratumque primum omnium Orientis Imperatorum habuerit, atque suis Constitutionibus Iustinianus inscripserit. Quamobrem Epiphanius, qui Ioanni successit, quidquid in Romanos Pontifikes ausus et ipse foret, ita sibi facilem Iustinianum futurum, ab eoque sibi adeo nihil fore timendum intelligebat, ut Ioanni Ecclesiae Romanae Pontifici Byzantium appellenti loco cedere noluerit, vixque tandem (ut Marcellinus Iustiniani Cancellarius refert, ac Theophanes explicat) dextrum Ecclesiae solium Pontifici Romano aegre concesserit. Demum quod Constantinopolitani, et Chalcedonensis Concilii duobus illis ab Ecclesiae Romanae adversariis decantatis Canonibus Byzantium Praesulum loci praerogativa semper titubaverit, sua fulcire sanctione, stabilireque nixus est Iustinianus.

Mitto quae iidem isti Auctores, ac nominatim Euagrius, Victor ac Liberatus habent de Iustiniani coniuge Theodora neque enim hic operaopretium est quaerere Procopio testes, cum nullum tam inauditum, tam execrandum piaculum fingi animo possit, quin graviora molita sit perditissima foemina, et re ipsa perpetrarit in Rempublicam, in Senatum, in Magistratus, in plebem, in Deum; quippe Dei filium absolute passum fuisse Edicto pronuntiavit, et hanc exegit vi a Catholicis fidem, scriptamque manu approbationem. Chalcedonense Concilium de medio tollendum, quoad vixit, summo studio curavit. Ecclesiis praefecit, quibus favebat, Haereticos; minis exagitavit Agapetum Romanum Pontificem, Vigilium per urbem Byzantium fune raptavit; exilio, morte Sylverium affecit. Tam infestum Ecclesiae Catholicae monstrum Cardinalis Baronius non ex Procopio, quem plane vidisse se negat, sed ex veterum scriptorum historiis ita repraesentavit. *Tanta haec mala ordita est pessima foemina (Theodora) quae altera Eva serpenti obaudiens facta est viro malorum omnium causa, novaque Dalila Sampsoni eius vires dolosa arte enervare laborans, Herodias altera sanctissimorum virorum sitiens sanguinem, petulansque summi Sacerdotis Ancilla Petri negationem sollicitans: sed purum sit ipsam huiuscemodi sugillasse nominibus, quae reliquas impietate foeminas antecelluit: accipiat potius nomen ab inferis, quod furiis fabulae indiderunt, foemina furens Alecto potius, vel*

Megera, aut Tiphons nuncupanda, civis inferni, amica Dæmonum, satanico agitata spiritu, centro percita diabolico, initaque nammo labore inimica concordias, pacisque redemptas sanguine martyrum, et sudoribus confessorum partas fugatrix.

Idem Baronius hæc de Iustiniano Imperatore. *Opera ipsa, quæ hinc abeuntem secuta sunt Iustinianum, adversus eum hæcenus clamant in chartis, nempe iuge bellum Ecclesiasticum, quod (exule facta, quam reperit, pace) iugiter emittit, decedensque reliquit accensum; sacrilegiorum immensitas, cum sæpe in Christos Domini sanctos Episcopos violentas manus inticit, ut inter alios, in Vigilium Romanum Pontificem, et Eutychium sanctissimum Constantinopolitanum Antistitem; crudelitas insuper in cives innoxios ab Evagrïo superius deplorata, et avaritia ab eodem pressiva sugillata, ut omittamus reliqua. Quam autem mortuus ante horrendum maiestatis divinæ tribunal sententiam acceperit, etsi non sit hominis iudicare; opinari tamen si cui licet, facilius est invenire, qui Evagrïi de eius condemnatione velit sequi sententiam, quem iure sciat prærogativa temporis, cum quæ scripsit, inspexerit, Historicis reliquis esse præferendum, qui longe post Iustiniani tempora, res ab eo gestas scripsere: cum præsertim in eandem proculdubio abiisse sententiam Procopius eiusdem temporis luculentus Historicus visus sit, dum quem ante sæpe laudarat, postea scripto volumine, tam ipsum quam Theodoram coniugem, recantans palinodiam, magnopere vituperavit, ut apud Suidam notatum habetur.*

Hæc modo de Iustiniano et Theodora summatim; complura vero alia fusius in Notis ad singula quæque Procopii loca confirmanda in medium adducemus. Hic testes duntaxat certissimos, id est, oculos, qui eadem illa Iustiniani aetate vixerunt, satis sit produxisse, ex quorum apprimè comperta, testataque fide iudicium Baronius pronunciavit.

Quamquam et posteriorum Historicorum testimonium non minoris momenti in hac Procopii causa censi debet; cum uti synchroni, sic etiam isti Iustiniani, ac Theodoræ flagitiorum, et improbitatum non hauserint ex Procopio notitiam. Nam aequalibus quidem tam exploratum est, ignotum hunc librum fuisse, quam nulla re alia, nisi eodem suppresso, salvam sibi Procopius vitam fore putabat. Sane cum Evagrïus illustriam Iustiniani factorum expositionem instituit, singulis quibusque capitibus editam iam tum Procopii historiam laudat, et longas ex ea narrationes excerptit, Autoris nomine summa

cum laude memorato; non item ubi refert Iustiniani, Theodoraëque facinora; imo pleraque hoc libro a Procopio praetermissa narrat, et eorum quae ab eo hic nonnunquam incuriose scribuntur, ipse loca, tempora, virorum nomina, occasionesque rerum gestarum insuper explicat. Ut plane hinc intelligamus non ex Procopii hoc fonte illa derivata fuisse. Sane in paucorum manus hoc volumen olim pervenisse probavit diligentia doctorum virorum, qui, dum hanc nos editionem parabamus, certatim Viro amplissimo Scipioni Cardinali Sanctae Susannae E. R. Bibliothecario in insignioribus Bibliothecis hunc librum frustra perquisiverant. Posteriores autem Historici, si quidem ipais huius copia libelli fuisset, ea minime commisissent, quae ex hac historia in illorum monumentis nunc emendanda occurrunt. Horum sane video neminem, qui operis huiusce meminerit, praeter unum Nicephorum Callisti; is vero neque argumentum, neque titulum recte, certeque nobis explicat, tantum abest ut commentarium ipsum aliquando legerit. Unus Suidas ante aliquot secula bonam eius partem, ac fere luculentiorē decerpit, quam ex eius Collectaneis hinc inde

P VII recollectam unam in locum ad nostras Notas coniecimus, ut argumento sit eandem *Ἀναξόρα* Procopii editionem esse, quam et Suidas habuit, et nos hac demum aetate vulgamus. Hanc quidem posteriores Historici librum non viderunt; quotus tamen quisque illorum est, qui traditam quasi per manus de Iustiniani flagitiis historiam non repetat, atque confirmet? Quaedam narravit Theophanes Iannarus, vir Sanctus, Autor Chronici Alexandrini, Ioannes Antiochenus, Suidas; nonnulla Anastasius Bibliothecarius, Paulus Diaconus, Aimoinus; pleraque Ioannes Zonaras, Georgius Cedrenus, Nicephorus Callisti, Ephraemius, aliique Chronicorum auctores. Quorum omnium

A 6 narrationes eorum maxime testimonio innitantur, qui Procopio aequales fuere, ac eadem quae ille de Iustiniano scripserunt, scilicet Hesy chius Milesius, Paulus Florus, Agathias Myrrhinaeus, Menander Protector, Euagrius Scholasticus, Ioannes Epiphaniensis, Cyrillus Scythopolitanus, Theophilus Iustiniani Praeceptor, Innocentius Maronianus, Eustathius Byzantius, et ex Latinis Victor Tunnensis, Flavius Cresconius Corippus, Gregorius Turonensis, Liberatus Afer, Facundus Hermianensis, aliique complures, quorum testimonia in Notis Historicis, prout res ipsa postulabit, in medium afferemus.

Sed non est cur tantopere Historicorum testimonium licet aequa-
V 269 lium hic urgeamus; cum domi testes, iique locupletissimi non desint,

qui ab hac historia falsitatem procul abesse fidem faciant, Iustinianus ipse, Iustinus avunculus, iuniorque alter sororis Iustiniani filius Iustinus. Nam hic quidem, extincto Iustiniano, dirisque Venetorum, Prasinorumque seditionibus adhuc fluctuante Imperio Romano, populorum in Circo, atque Theatro, strictis mucronibus, gladiatorum, vel potius hostium more in sese funestissimo spectaculo irruentium tumultus, qua voce compescere aliquando voluit, eadem Iustinianum malorum omnium prodidit autorem. *Heus, inquit, cives, Reipublicas calamitatum est denique modus. Vobis obtulisse, Veneti, Iustinianum; Prasinis vobis superesse sciatis.* Sic illos, Iustiniani desperato favore, coercuit, hos autem, eiusdem crudelitatem interminatus, deterruit. Hac Iustini voce altera huius historiae pars, quae de Prasinis agit ac P VIII Venetis, satis comprobatur. De altera vero, quae infamissimam Theodorae educationem, vitam, moresque continet (quam uti nos vertere sine rubore, sine stomacho non potuimus, ita neque lecturos alios putamus) si quis dubitet, extat hodieque Iustini Senioris Constitutio, qua mulierum abiectarum Principibus viris permittuntur conubia. Illud hac lege Iustinus egit, ne Iustinianus sororis filius, qui Theodoram vilissimum scortum deperibat, eiusque coniugio ut frui posset flagitabat, Imperio, et quacumque alia dignitate hoc ipso prohiberetur. Illud etiam eadem illa lege apertissime testatum posteritati reliquit, e scena Theodoram fuisse: ex omnibus enim abiectis mulierculis, quae a Principum virorum matrimonio lege Constantiana excludebantur, scenicas tantummodo ea Constitutione Iustinus complectitur. E scena igitur Theodora cum fuerit, quidquid flagitii, quidquid obscenitatis de illa commemorare, nihil credet nimium, qui credit.

Tertiam huius Historiae partem, quae est de Iustiniani criminibus, ipsemet comprobatur Iustinianus; licet autem haec ille nec singillatim, nec aperte fateatur, tamen rerum a se fere omnium male factarum originem non solum non celat, sed etiam serio profitetur. *Haec, inquit, omnia apud nos cogitantes ET HIC QUOQUE participem consilii sumpsimus eam, quae a Deo data est nobis, piissimam coniugem.* Felicem plane Iustinianum, eiusque principatum Scriptores omnes fortunatissimum futurum fuisse affirmant; nisi Theodoram consiliorum, rerumque gerendarum participem habuisset. Deinde sua Iustinianus facinora prioribus octo illis historiae Procopii libris omnino vixit confirmasse, quos iam tum ab Autore vulgatos Im-

peratoris consensu universae per Imperium Romanum gentes (ut est libro ultimo) lectitabant. Quare nemini mirum videbitur, si ad historiam *Ἀνέκδοτος* asserendam, hic et in Notis probationes ex reliquis Procopii libris petamus, cum nullam tam veram, tamque fidelem de Iustiniano historiam invenire liceat, quam cui calculus ille album adiecerit, quamque subiectorum manibus totos septem ac decem fere annos pervolutari tam ambitiose viderit, ut aucto honoribus ac dignitatibus (uti statim dicemus) Autore, eidem novorum de suis Aedificiis cudendorum librorum curam demandarit. In ea igitur tam prolixa historia adeo sobrie, ne dicam icinne, Iustiniani laudes Procopius delibavit; contra vero tam copiosa sparsit eiusdem semina vituperationum, ut neque ibi per adulationem, neque hic per calumniam egisse posteritati videri possit; imo fidem universae historiae ea dicendi libertate conciliasse, quam suo Iustinianus suffragio et auctoritate probaverit.

P IX

Lector, si vacas, hunc postremum cum reliquis committe Procopii libris, pluraque et graviora quam hic habeantur Iustiniani crimina in illis invenies, pleraque etiam fusius et maiore apparatu explicata; crudelitatem, avaritiam, infidum animum in amicos, datam hostibus fidem, ac violatam, in probos odium, amorem in improbos, ius humanum atque divinum, denique omnia ad Theodoraе imperium, atque libidinem temperata: haec in illis libris raptim indicare non piget. Ioannem Cappadocem Praefectum Praetorio, a Theodora privatas iniurias persequente falso perduellionis accusatum liberare Iustinianus non audet, submissis vero clam nunciis de Augustae insidiis certiores facit: tandem urgente foemina hominem crimine, cuius quidem insimulabatur, vacuum, sibi vero unice gratum atque amicissimum exilio; et honorum proscriptione damnat; ab exilio, nisi extincta Theodora, insontem revocare non ausus. Inita pace cum Chosroe, Alamundarum, et Hunnos ad bellum Persis inferendum spe et pretio sollicitat, idque in gravem Imperii Romani perniciem. Militem per urbes praesidiarium negatis diu stipendiis ad defectionem impellit. Praeter urbanos ac domesticos, in castris duos habuit insignes suae avaritiae ministros, Ioannem Quaestorem exercitus, qui ut sumptibus parceret Imperatoris, pane sordido ingentem militum multitudinem impune necavit; et Alexandrum Forficulam, cuius odio milites rem de industria male gerere in Italia pergebant. Propter avaritiam Logothetas ibidem instituit; et Romae omnes honorum

gradus abolevit. Sceleratissimos quoque semper ad dignitates ac magistratus evexit, inter hos Acacium, cui post caesum Amasaspem, Armeniae imperium concessit; et Ioannem Zibum, qui ut Colchi ad P X Chosroem deficerent autor fuit. Haec, aliaque complura in historia, A 8 quam Iustiniano legendam Procopius tradidit, eodemque vivo publicavit.

Neque posteaquam ii commentarii emissi, atque multorum calumniis et obtreactionibus, ut ferme accidit, expositi sunt, offensionem aliquando Iustiniano fuerant, vel crearunt auctori periculum: imo non dia post octavam Procopius librum edidit, in quo ab insectandis notandisque Iustiniani criminibus nihilo magis quam antea abstinuit. Nam iterum stipendia militibus negata inculcat; iterum neglectos belli apparatus commemorat; iterum Iustiniani prodigentiam in excipiendo fastosissimo Barbaro Isdiguna Persarum Regis legato vituperat; addit hic vero eas domum retulisse ab Iustiniano divitias, quibus opulentissimos quoque Persarum facile deinde superavit. Praeter haec rem Romanorum sub Iustiniano eo loci venisse dicit, ut Persis tributum quotannis penderetur; Hunnis vero in fines Romanorum perpetuo exeurrentibus magnificentissima munera per singulos annos darentur. Denique intempestiva reorum indulgentia, praesertim ducum exercitus, magnopere Iustinianam obfuisse Reipublicae. *Ελάθει γὰρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἐπιχωρεῖν τὰ πολλὰ τοῖς ἄρχουσιν ἀμαρτάνουσι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔξ τε τὴν διαίτην, καὶ τὴν πολιτείαν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλείστον παρανομοῦντες ἕλλησκοντο.* *Consueverat enim, inquit, Iustinianus Imperator ut plurimum crimina ignoscere ducibus exercitus delinquentibus: atque haec causa erat, quare illi cum in disciplinam militarem, tum in Republicanam gravissime peccare deprehenderentur. Verum ne singula numerando modum excedere videamur, historiam Ἀνέκδοτον, et priores illos libros, quos Iustiniano Procopius obtulerat, ita concinnasse videtur, ut nihil fere in hac sit, quod ex illis Iustiniani ipsius confessione probare non possis.*

Ita sane, inquit, at nemo est, qui non videat huius historiae acerbiteriam, quae ut malevolentiam subolet, ita veritati detrudere iure potest. Nam primo quidem nonnulla Iustiniani facta deterioram in partem accepta animum minime sanum, nedum benevolam scriptoris ostendant. Deinde documenta studiose conquisita, quibus persuasum sit semihomines furias Iustinianum ac Theodoram

P XI fuisse, praeter odium, habent etiam nescio quid levitatis. Tertio,
 V 271 cum decretas a Iustiniano in Haereticos capitis poenas Procopius
 damnat, in scirpo quaerere nodum videtur, ni forte cum Haereticis
 et ipse sentiebat.

De odio quidem atque malevolentia vetus suspicio est, qua
 omnes fere laborant Historici, qui veritatem liberius profitentur.
 Et in tantis vitis hominum plura culpanda sunt quam laudanda; tum
 si laudaveris, parcus; si culpaveris, nimius fuisse dicaris: quamvis
 illud plenissime, hoc strictissime feceris. Sed Autoris notitiam ha-
 beamus ante necesse est, quam hic de illo quidpiam statuamus.
 A 9 Procopius Caesarea Palaestinae, quae illi patria fuit, sub Anastasio
 Imperatore Byzantium venit; ubi vir omnis generis litteraturae, sum-
 maeque prudentiae facile in se Principum oculos convertit. Nam
 Iustinus Senior difficillimo Reipublicae tempore, Persis bello prae-
 valentibus, Belisario Procopium a consiliis dedit. Iustinianus vero
 in Africana et Italica expeditione nunquam a Belisarii latere divelli
 Procopium passus est; cuius fide atque consilio non minus quam ar-
 mis ac virtute Belisarii Romanos fines prolatari atque stabiliri sen-
 tiebat: dumque Belisarius ex Africa recens subiugata in Orientem
 evocatur, Procopius Carthaginae apud Solomonem designatum ducem
 exercitus subsistere iussus est, ad formandum in ea Provincia tene-
 ram adhuc imperium, et rebellionibus opportunum. In Perside, in
 Italia, Romae, Neapoli, Syracasis quae gesserit, ipse quidem
 memoravit; at ea per occasionem, temperateque dicta licet minus
 insignia et pauca videantur, parta tamen gloria in Rempublicam
 Procopii merita declarat; nam Illustrium dignitatem adeptus, et in
 Senatum cooptatus est. Post editam vero integram historiam (eam,
 quae tot Iustiniani crimina continet) ad summum Romani Senatus lo-
 cum, id est, Urbanam Praefecturam, anno Iustiniani quinto et tri-
 gesimo pervenit: quo ferme etiam tempore absolvit opus *Ἀνέκδοτον*.

Ergo in homine cordato, tantis honoribus et dignitatibus aucto,
 quis facile repererit adversus Principes beneficentissimos Iustinum et
 Iustinianum malevolentiam? Ego certe nisi dicendi, scribendique li-
 P XII centiam non video, qua ut insigni Procopius fuit, ita non ab Iustiniano
 solum, sed etiam ab amicis, quorum in historia mentio incidisset,
 eam plene sibi dari atque concedi statim in exordio postulavit.
*Πρέπειν ἦνεϊτο φηγορικῆ μὲν δεινότητα, ποιητικῆ δὲ μυθοποιίαν,
 συγγραφήν ἰλήθειαν. ταῦτά τοι οὐδὲ τῶν οἱ ἐς ἄγαν ἐπιτηδεύων*

τὰ μοχθηρὰ ἀπεκρύψατο, ἀλλὰ τὰ πᾶσι ξυνεγχθέντα ἕκαστα ἀκριβολογούμενος ξυνεγράψατο εἴτε εὖ, εἴτε ἄλλη πη αὐτοῖς εἰργασται. *Ratus decere Oratores quidem eloquentiam, Poetas vero fabulas, et Historicos veritatem. Quamobrem ne amicissimorum quidem peccata occultavit, sed quae cuique accidissent, sive illa pro dignitate, sive secus ab iis patrata fuerint, summa diligentia conscripsit.* Eam licentiam vel Procopii auctoritati in Senatu clarissimae; vel ingenio eius plane Censorio concessam fuisse cum ex editis ab eo libris, publicoque tunc receptis applausu liquet; tum quia Iustiniani rerum Scriptores Agathias Myrrhinaeus, et Ioannes Epiphaniensis suos Commentarios ad Mauritium usque Imperatorem, ut Evagrius est autor, occuluerunt. Quamquam illi si quid in Iustinianum scripserunt, id quam modestissime, cautissimeque fecerunt, ac in reliquos Imperii Romani proceres, quam pro illorum improbitate morum levius egerunt. At Procopius liberrime Ioannis Praefecti Praetorio impietatem obiurgat; Triboniani Quaestoris avaritiam arguit; Arethae ducis ingenium subdolum et infidum vituperat; militum legiones, oppida, et urbes numerat, quae vel omnino abolitae, vel hostibus praedae fuerant, ob foedissimam Bessae, Acacii, Ioannis A 10 Zibi, et alterius Quaestoris exercitus, atque Forficulae pecuniae cupiditatem; Veri temulentiam accusat; Sergii fastum ac mollitiam; V 272 Maximini ignaviam, nullamque rei militaris peritiam. Artabanem coniurationis, Arsacem proditionis crimine, etsi Iustinianus ob generis claritatem absolverit; Procopius tamen neutri etiamnum superstitii aeternae poenam infamiae condonavit. Quid de Belisario dicam, ad cuius unius laudes tota respexisse historia videtur? semel in Italia ignaviter ille rem gessit, haec una Procopio libere de illo scribendi ampla fuit occasio. Βελισσάριος μὲν τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον οὐδενὶ κόσμῳ ἦει, γῆς μὲν τῆς Ἰταλῶν πεντάετες οὐδαμῇ ἐπιβάς, οὐδέ πη ὁδῶ ἴεναι ἐνταῦθα ἰσχύσας, ἀλλὰ φυγῇ κεκρυμμένῃ ἐχόμενος πάντα τοῦτον τὸν χρόνον ἐκ τῆς ὀχυρώματος ἐπιθαλασσοῦ τινός ἐς ἄλλο ἐπὶ τῆς παραλλας ὀχύρωμα διηνεκὲς ναυτιλλόμενος, P XIII καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀδείστερον τοὺς πολεμίους τετύχηκε βῶμην τε αὐτὴν ἀνδραποδίσαι, καὶ τὰ ἄλλα ὡς εἰπεῖν ἅπαντα. Τότε δὲ καὶ Περυσίαν πόλιν, ἣ πρώτη ἐν Τούσκοις οὖσα ἐτύγχανε, πικρότατα πολιορκουμένην κατέλιπεν, ἥπερ αὐτοῦ ὁδῶ ἰόντος κατάκρας ἐάλω. *Belisarius nullo decoro Byzantium discessit, cum quinque totos annos nunquam in Italia pedem figere potuerit, neque certis iti-*

neribus progredi, sed toto hoc tempore clanculum fugilans ab uno uac-
ritimo praesidio ad aliud classe debebatur; unde tanto securius hostes
et Romam, et caetera omnia subiugarunt. Perusiam vero primariam
Tusciae civitatem dira cinctam obsidione reliquit, quas illo Byzantium
contendente, capta est. Haec in primarios Senatores, et Imperiū
Romani proceres summa sibi necessitudine coniunctos Procopius, ipsis
vivis, evulgavit. Quae sane scribendi severitas quemadmodum
magnam veritatis laudem eius historiae conciliat, ita omnem removet
simultatis suspicionem obiurgationis et censurae gravitas; quae tan-
tum ab odio et maledicentia distat, quantum violatae Reipublicae
querelas, iustumque dolorem, et communis damni castigationem
spectare videtur. Quod non solum in prooemio τῶν Ἀνεκδότων Au-
tor ingenue profitetur, sed ipsa etiam re praestitit, cum ea duntaxat
de Iustiniano commemoraverit, quae publicae rei damno, et in sub-
ditorum perniciem peccavit; illaque ipsa foeda narratio de turpissima
Theodoraē vita eo pertineat, ut quantum augustissimam Imperiū Ro-
mani maiestatem execrandis nuptiis primas violaverit, dehonestaverit-
que Iustinianus, clarius intelligas.

Quod autem Iustinianum ac Theodoram semihomines furias Au-
 tor appellet; est qui credat, monstra Poetarum narrare Procopium,
 atque ita suam in Imperatorem evomere acerbitatem voluisse? Erit
 de hac re in Notis Historicis opportunior locus.

Quod denique poenam in Haereticos capitalem a Iustiniano con-
 stitutam non probet; non tam odii, quam pravae de religione sen-
 tentiae suspicionem movet atque confirmat. Illud in Procopio saepe
 miratus sum, quod de nostrae religionis mysteriis ita dicat, ut ab
 iis modo alienus, nonnunquam recte sentire videatur. Quamquam

A 11 Hesychium Milesium, et Ioannem Lydium aequales Procopii, qui
 eadem ambiguitate luserunt, Photius atque Suidas Gentilium impie-
 P XIV tate damnarint. Sane non rata fuit istiusmodi hominum turba Iusti-
 niani tempore, et quidem in Aula Imperatoria (ut in Notis Historicis
 dicam) officiis ac dignitatibus insignis. Sed ex hac plane Procopium
 eximo, quod non solum hic, sed etiam in Aedificiorum libris Gen-
 tilium sacrificia et libamina, et, ut ipse loquitur, ἀθείων τε καὶ πο-
 λυθείων detestetur, et libro Persicorum primo Ioannem Cappadocem
 Gentilitiae superstitionis damnet; certe Iustinianus de sacris a se ex-
 citatis aedificiis historiam Procopio Gentili nunquam commisisset.
 Haereticos autem et Samaritas, qui Caesareae Palaestinae frequentes

admodum erant, prorsus aversatur. Demum in libris aedificiorum
 Iustiniani aperte Christianorum fidem non semel profitetur. Quam-
 obrem ad eos se composuisse videtur, quos POLITICOS appellant;
 sed longe verius haeresium omnium sentinas, prorsusque Atheos ap-
 pellarent; qui licet in speciem Catholici videantur, nullique sectae V 273
 nominatim addicti sint, privatis tamen rationibus, vel Reipublicae
 commodis Christianam religionem, pietatemque metiantur, neque de
 Deo quid sentias, quidve doceas, si res ita ferat, vehementer labo-
 rant; Haereticos autem et Astrologos, aliasque eiusmodi Catholicae
 fidei pestes, prout e re, ac tranquillitate publica esse illis videtur,
 ita recipiunt, et insectantur. Quod de Haereticis et Astrologis dico,
 habes hic in *Ἀνεκδότοις*. De Deo autem libro Gothicorum primo,
 haec est Procopii sententia, qui cuique pro libidine de Deo credere
 permittendum potius existimat, quam Reipublicae procellas videre,
 quibus tam Romanum Imperium ob nonnullas de Fide quaestiones
 iactabatur. *Πρόσβεις ἐκ Βυζαντίου παρὰ τὸν Ῥώμης ἀρχιερεῖα
 ἦκον, ὃ τε τῆς Ἐπίσπου ἱερῆς Ἱπάτιος καὶ Δημήτριος τῶν ἐν
 Μακεδόσι Φιλίππων δόξης ἔνεκον, ἣν Χριστιανοὶ ἐν σφίσι αὐ-
 τοῖς ἀντιλέγουσιν ἀμφιγνοοῦντες. Τὰ δὲ ἀντιλεγόμενα ἐγὼ ἐξεπι-
 στάμενος ὡς ἤμιστα ἐπιμνησθήσμαι. ἀπονοίας γὰρ μανιώδοις
 τινὸς ἡγοῦμαι εἶναι διερευνησθαι τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν ὅποια
 ποτὲ ἴσθιν. Ἀνθρώπων γὰρ οὐδὲ τὰ ἀνθρώπεια εἰς τὸ ἀκριβὲς
 οἶμαι καταληπτά, μὴ τί γε δὴ τὰ εἰς Θεοῦ φύσιν ἦκοντα. Ἐμοὶ
 μὲν ταῦτα ἀκινδύνως σεσιωπήσθω μόνον τῷ μὴ ἀπιστῆσαι τετιμη-
 μένα. Ἐγὼ γὰρ ἂν οὐδὲν ἄλλο περὶ Θεοῦ ὀτιοῦν εἶποιμι, ἢ ὅτι
 ἀγαθὸς τε παντάπασιν εἴη, καὶ σύμπαντα ἐν τῇ ἔξουσίᾳ τῇ αὐτοῦ
 ἔχει. λεγέτω δὲ ὡς πη ἕκαστος γινώσκειν ὑπὲρ αὐτῶν οἴεται καὶ
 ἱερῆς καὶ ἰδιώτης. Legati ad Romanum Pontificem Byzantio vene- P XV
 runt Hypatius Ephesorum Antistes, ac Demetrius Philippensium, qui
 sunt in Macedonia; nimirum de ea quaestione acturi, in qua dubiis
 sententiis inter se Christiani dissentiunt. Eam controversiam etsi probe
 ipse teneam, minime tamen commemorabo; quod vesanam esse putem
 insaniam, Dei quae sit natura disquirere: nam humana haec ipsa,
 natam Dei naturam, perfecte assequi mortales haudquaquam existimo.
 Quare tutius haec ego silentio praeteribo, sola tantum credulitate vene-
 ratas. Siquidem de Deo nihil ipse praeterea affirmaverim, nisi quod
 bonus omni ex parte sit, resque universas sua potentia complectatur.
 De hisce vero controversiis ita quisque vel sacerdos, vel privatus homo A 12*

loquatur, quemadmodum illi sentire libuerit. De Deo autem atque fortuna nonnunquam permittere videtur optionem, utrum malit quisque defendere vel casu res humanas, et fortunae temerario impetu ferri, vel Dei providentia gubernari. Qua in re Gentilium saepe nomina usurpat, quod libro secundo belli Vandalici antiquus Censor ad marginem ita reprehendit: *Οὐκ ὀρθῶς παρεισφύρεις τῆ τῶν Χριστιανῶν πίστει δαιμόνιον, καὶ τύχην καὶ εἰμαρμένην. Non recte Christianae ingeris religioni Genium, et fortunam ac fatum.* et in margine Codicis Vaticani manuscripti ad perversam illam de Deo vocem legitur: *Σημειῶσαι εἰ ὀρθόδοξός ἐστιν ὁ συγγραφεύς. Nota num orthodoxus sit autor.* Quemadmodum ergo Procopii historia ex his quae hic disputavimus, fidem habet indubitata; ita quae ipse de religione scribit, nullam auctoritatem habere iure censemus.

I D E M A D L E C T O R E M P X V I

DE PROCOPII LIBRIS ET HAC EDITIONE.

Pars haec historiarum Procopii Caesariensis, quam tibi fruendam, **L**ECTOR, proponimus, mole licet exigua, et ordine postrema sit; erit tamen minime iniucunda, cum ipsa per sese, tum quia primum in lucem nunc prodit, atque tibi ab Autore lucubrata videtur. Quam enim aequalibus ille suis ἀνέκδοτον, abditam esse voluit, solique posteritati destinavit, tibi ex posteris omnibus haec modo conceditur. Plena, prorsusque incorrupta ut tibi concederetur, nos pro virili parte adnisi quidem sumus; verum consueta est et bene vetus Procopii Commentariorum iniqua illa conditio, ut nullam eorum partem ab omni vel hominum, vel temporis iniuria teneamus immunem. Leonardus Aretinus Procopii libros de bello Gotthico primus omnium publicavit; sed ludum eruditus ille vir lusit nobis plane illiberalem. Nam suppressa Graeca historia, et Autoris nomine dissimulato, Latinam quam ipse ex Graeca fecerat, tanquam e variis scriptoribus a se decerptam, de bello Italico praenotat, et Iuliano Caesarino nuncupatam in publicum emittit. Eandem Graece scriptam Blondus Flavius industria primum sua Italiam habuisse memorat; sed is cum in historia Procopii modo desideret quae hodie nos minime desideramus, modo ea carpat, quae in vulgatis editionibus bene habere videmus: antiquas Blondi membranas, vel interpretem, quem ille nactus est, fraudi eidem fuisse nemo non dicat; cum ea ipse nota carere facile possit, qui se linguae Graecae prorsus imperitum fateatur. Christophorus Persona, qui aegre simulationem Leonardi tulit, Autoris integro nomine eandem historiam vertit quidem e Graeco; multis tamen partibus diminutam, et pene laceram dedit. Post illos Raphael Volaterranus reliquos de bello Persico et Vandalico libros **A 14** Latine vulgavit: sed nihilo meliore quam Christophorus Codice **P XVI**

usus est. Certe neuter, licet Vaticanae Bibliothecae uterque praefectus, versionem ex Codice hausit Vaticano, quem plenissimum video, et omni ex parte integrum, atque emendatissimum, ut ex alio fonte eas illorum virorum interpretationes manasse non dubitem. Libros de Iustiniani Aedificiis quales Arnoldus Vesaliensis habuerit, ipsa eius docet interpretatio; de qua, et Volaterrani atque Personae versionibus, quam bene sensa scriptoris exprimant, aliorum esto iudicium. Graeca denique Procopii Editio Augustana, quae ex multis antiquis manu descriptis libris emendata et aucta, omnibus creditur numeris absoluta, tam longe a primae descriptionis fide, quam a Vaticani Codicis integritate abesse videtur, ut persuadere tibi vix possis, quantum ex hoc illa locupletari queat. Utinam in eodem volumine, et ex eadem librarii manu, et hunc illarum postremum historiarum libellum haberemus: sed quemadmodum octo illis ab Autore libris in vulgus emissis, nonus hic ad odium Iustiniani, Theodoraque vitandum, semper in angulo caute delituit; ita deinde seorsim ab amanuensibus descriptus est, atque ad posteritatem pervenit. De cuius casibus, atque sinistra fortuna quid loquar? Duo eius exempla servat Vaticana Bibliotheca, alterum ex altero derivatum, utrumque in principio mutilum, multisque passim hiatibus deforme.

V 275 Ex his quod est antiquius etiam sine decurtatum est, recentius vero, licet tumultuaria scriptione exaratum, extremam nobis partem ab interitu conservavit, qui, praeter hanc accessionem, nulla nobis in re usui fuit. Sic in brevissima historia tot loci dubii, obscuri, deplorati manserunt. Quamobrem saepe inter interpretandum duos illos celebres *ἀνεδότων* Procopii Codices expetivimus, Ioannis Lascaris alterum Constantinopoli ad Laurentium Medicem adlatum, quem deinde (ut fama est) Catharina Medices Regina in Gallias asportavit, et Galli hodie in exteris Bibliothecis requirunt. Alterum Ioannis Vincentii Pinelli, quem ante aliquot annos, praeter hosce Vaticanos, unicum (quod ego sciam) habuit Italia; sed hic, ut accepimus, in navigatione Neapolitana naufragium fecit. Ex eo tamen quaedam a

XVIII Petro Pithaeo, et Guido Pancirolo, Pinelli familiaribus excerpta fragmenta, maris et undarum discrimen evaserunt. Sed, quae nec librariorum incuria est, nec temporis, aut maris iniuria, haec quam tenemus non uno in loco manca videtur historia, in qua multa narratum se quidem Autor pollicetur, et tamen promissum non facit. Quibus passim defectibus ita hic hiat commentarius, ut per hasce ve-

in rimas Procopium pene furtim scribentem deprehendas, et festinatione, vel motu memoria turbatum interdum agnoscas. Accedit, quod annum secundum et trigesimum Principatus Iustiniani narratio haec non excedit, ille vero quadragesimum attigit. Denique illa, *ἴαν γὰρ ἐς αὐτὴν ἡ Θεοδώρα ἡγχιάλνετο καὶ ἐσεσῆρει*: et illa, *ῤήτηρ δὲ τῶν τινος ἐν θυμέλῃ πεπορευμένων*, narrationum particulae sunt, quas olim Suidianus Codex habebat, hic Vaticanus non habet. A 15

De huius porro libri ordine, deque tempore quo scriptus est, sic habeto. Reliquos octo historiae libros ipse vivens Procopius emisit, ac Iustiniano legendos tradidit: immo septem illi primi, nempe duo de Persico bello, de Vandalico totidem, ac tres de Gotthico, et ipsemet affirmat, *ἤδη ἐξενεχθέντες πανταχόθι δεδήλωντο τῆς Ρωμαίων ἀρχῆς, iam vulgati in universo Romanorum Imperio noti sunt*. Quoto vero quisque anno editus fuerit, certum non est; duo haec tantum habeo explorata. Ante obitum Theodoraе, id est, ante annum secundum et vigesimum Iustiniani, Persica, Vandalicaque bella, et bonam Gotthicorum partem Procopium absolvisse; nam in iis Amalasanthae structas insidias a Theodora, ob eius metum tacuisse, indicat in hoc commentario. Praeterea, septem priores libros ante annum Iustiniani sextum et vigesimum divulgatos fuisse. Idque Autor memorat initio libri octavi, quem anno Iustiniani septimo et vigesimo commentabatur. Caeterum octavus ille perperam inscribitur de bello Gotthico: complectitur enim quae cum Persis, Vandalis, et Gothis, post edita priora volumina, Romanis contigissent; quae quod *γράμμασι τοῖς ἐς τὸ πᾶν δεδηλωμένοις οὐκέτι εἶχον τὰ ἐπιγεγόμενα ἐναρμόζειν, monumentis iam omnino in publicum datis addere, haud amplius commodum esse videret Procopius, in octavum illa omnia librum coniecit, qui ob id historia quaedam σύμμικτος, miscella, vel ut ipse ait, ποικίλη, varia est*. Hic liber editus eodem fere quo scriptus est anno, septimo scilicet P XIX et vigesimo Iustiniani. Post hanc universam historiam licet animo Procopius moliretur *Ἀνέκδοτα*, ut ultimo libro declarat: tamen abstinuit, idque operis reiecit in annum secundum et trigesimum Iustiniani, quod hic saepius repetit, eodemque anno absolvit, totumque septennium, id est, ad obitum Imperatoris, ac diutius abditum, atque reconditum habuit. Ex his corrigas aliorum, et Nicephori perversam Procopii librorum partitionem; de quibus Photii sententiam atque censuram in Bibliotheca desideramus.

Nostra vero translatio sententiis quidem ad Graecae historiae fidem, verbis, et modis ad Latinam consuetudinem aptis composita
 V 276 est. Id genus interpretandi cum Hieronymo, ac universa antiquitate optimum puto; et si historiam interpreteris, id maxime convenire censeo: denique si cuius alterius scriptoris, Procopii certe stylus hoc in primis requirere semper visus est mihi, cuius formam dicendi si spectes, ea sophisticis compta est lenociniis, Atticisque leporibus ad ostentationem instructa, a quo orationis habitu Latina gravitas praesertim in historia quam abhorreat nemo nescit. Operaepretium non est omnia recensere; sed nihil gestum, factumque Procopius dicit, nisi per suam illam perpetuam periphrasin, ut statim in fronte legis *τόδε γενέσθαι ξυνηλέθη, ξυνέβη, ξυνέπεσε, τετύχηκε.*
 A 16 Nec minus offendunt in tam claro scriptore orationis illae particulae, quae passim redundant, potius ad levem quendam ornatum Sophistae exquisitae, quam ad historicam gravitatem. Praeterea scatet eius oratio frequentissimis transitionibus, et epilogis ad brevissimas quasque narratiunculas. Huc accodunt illa, quae Asiatico dicendi genere vel non opportune inculcat, vel longiore verborum ambitu dilatat. Quaedam etiam esse in hac historia video, quae (ut in scriptis *ἀνεκδότοις* plerumque accidit, et de suis affirmat Tullius) minus perpolita limataque sint: sane in hoc brevissimo libello sexcenties repetitam habes illam vocem *ληίζομαι*, ne dicam de aliis; quae omnia si Latina modestia et gravitate a me temperata sunt, aequi bonique id consulat Lector, cui ut fidam dare historiam fuit animus, ita non ineptam curavimus interpretationem.

P XX Nostras in calce libri Notas addidimus, easque duplices; Censorias, quibus Graecum contextum mendis emaculatum, quoad fieri potuit, nitidiorem legeres; Historicas, quibus universam de Iustiniano historiam illustratam et confirmatam haberes. Denique in hoc libello ne testimonium antiquitatis fidemque desiderares, Suidiani et Vaticani Codicis collationem hinc inde decerptam adiecimus; nam ex priscis omnibus, ut alibi dixi, unus Suidas hanc legit historiam, quod etiam ex hisce veterum Auctorum, qui Procopii, eiusque librorum meminerant, testimoniis obiter intelligere potes.

DE PROCOPIO CAESARIENSI HISTORICO TESTIMONIA VETERUM SCRIPTORUM.

Euagrius lib. 4. cap. 12.

Φιλοπονώτατα, κομψῶς τε καὶ λογίως ἐκτέθειται Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι ἃ δὴ πέπρακται ὑπὸ Βελισαρίῳ στρατηγοῦντι τῶν ἐφ' ὧν δυνάμεων Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις πρὸς ἀλλήλους πολεμοῦσι. Procopius Rhetor res a Romanis et Persis dum inter ipsos praeliis decertabant, gestas, Belisario tum Orientalium copiarum duce, accuratissime, disertissimeque narrat.

Agathias Scholasticus lib. 1.

Τὰ πλείστα τῶν κατὰ τοὺς Ἰουστινιανοῦ χρόνους γεγενημένων ἐπειδὴ Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι Καισαρείαθεν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγέγραπται, παριτέον ἐκείνα ἕμιοιγε, ἅτε δὴ ἀποχρώντως εἰρημένα. Cum omnia fere quae Iustiniani temporibus gesta sunt, a Procopio Caesariensi caudico summa sint diligentia narrata, praetermittenda a me sunt, quippe quae satis iam explicata.

Ioannes Scholasticus Eriphanensis lib. 1.

A 17

Τὰ μὲν ὅσα Ῥωμαῖοι τε καὶ Μῆδοι πολεμοῦντες ἀλλήλοις ἐπαθόν τε καὶ ἰδρασάν κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥωμαίων ἀντοκράτορος βασιλείαν γέγραπται Ἀγαθία τῷ Μυρθιναίῳ μετὰ γε Προκόπιον τὸν Καισαρεία. Quae Romani ac Persae in bellis gesserunt ac passi sunt Iustiniano Imperatore regnum moderante, conscripsit Agathias Myrrhinaeus post Procopium Caesariensem.

Theophylactus Simocata lib. 2. cap. 3.

Ταῦτα Προκοπίῳ τῷ συγγραφεῖ ἐν τῷ πνκτίῳ τῆς ἱστορίας ἐγγέγραπται. Haec Procopius in Historiae volumine scripsit.

Symeon Metaphrastes in Vita S. Sabae.

Περὶ τούτων δὲ μικροῦ πάντων καὶ Προκόπιος ὁ Καισαρεύς ἐν γε τῷ πέμπτῳ λόγῳ τῷ περὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων αὐτῷ

φιλοποιηθέντι κατὰ μέρος διαλαμβάνει συναφδὰ Κυρίλλῳ τῷ τῶν βίον ἐξ ἀρχῆς τοῦ θείου Σάβα συγγραφεύτῳ φθεγγόμενος. De his fere omnibus Procopius Caesariensis libro quinto de Iustiniani aedificiis singillatim commemorat; convenitque eius historia cum Cyrillo, qui Sancti Sabae vitam olim conscripsit.

Constantinus Porphyg. lib. 1. Them. 2.

Οὔτε γὰρ Προκόπιος, οὔτε μὴν Ἀγαθίας, οὔτε Μένανδρος, οὔτε Ἠσύχιος ὁ Ἰλλούστριος ἐμνημόνευσαν τοῦ τοιοῦτου ὀνόματος οἱ τὰ χρονικά συντάξαντες ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας. Neque Procopius, neque Agathias, neque Menander, neque Hesychius Illustris, qui tempore Iustiniani Imperatoris Chronica composuerunt, huiusce nominis mentionem faciunt.

Photius in Bibliotheca cap. 63.

Ἀνεγνώσθη Προκοπίου δῆτορος ἱστορικὸν ἐν βιβλίῳ ὀκτώ, ἱστορεῖ δὲ τὰ ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ συνενεχθέντα πρὸς τὰ Πέρσας Ῥωμαίους καὶ πρὸς Βανδήλους καὶ Γότθους, ἃ Βελισάριος στρατηγῶν διεπεράξατο μάλιστα, ᾧ καὶ τὰ πολλὰ συνῶν τὴν ἱστορίαν ἐξ ὧν ὄψει παρελήφθη συνεγράψατο. Legi Procopii Caesariensis octo libros historiarum, in quibus exponit quae Persis, ac Romanis, Vandalisque, et Gotthis sub Iustiniano acciderunt, quaeve praesertim a Belisario duce exercitus gesta sunt, cuius ipse Rhetor perpetuus comes, et rerum quas narrat spectator fuit.

Idem ibidem cap. 160.

Προκόπιος ὁ Καισαρεύς ὃς εἰς μέγα κτῆμα καὶ ὄφελος κατ' ἐκείνο καιροῦ τὰς γραφὰς συντάξας ἀείμνηστον αὐτοῦ κλέος τοῖς
 A 18 σπουδαιότεροις καταλέλοιπεν. Procopius Caesariensis Iustiniani aetate luculentissimas, maximeque utiles historias conscripsit, aeternumque sibi nomen apud eruditos comparavit.

Suidas in Collectaneis.

Προκόπιος Ἰλλούστριος ὁ Καισαρεύς ἐκ Παλαιστίνης δῆτωρ καὶ σοφιστῆς ἔγραψεν ἱστορίαν Ῥωμαϊκὴν, ἣν ἔχουσιν τοὺς πολέμους Βελισαρίου, τὰ κατὰ Ῥώμην, καὶ Λιβύην παραχθέντα. γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ὑπογραφεὺς χρηματι-

ως Βελισαρίου, καὶ ἀπόλουθος κατὰ πάντας τοὺς συμβάντας πολέμους τε καὶ πράξεις τὰς ἐπ' αὐτοῦ συγγραφείσας. ἔγραψε καὶ ἕτερον βιβλίον τὰ καλούμενα *ΑΝΕΚΔΟΤΑ* τῶν αὐτοῦ πράξεων, ὡς εἶναι ἀμφοτέρω τὰ βιβλία ἑνεία. Τὸ βιβλίον Προκοπίου τὸ καλούμενον *ΑΝΕΚΔΟΤΑ* φόγους καὶ κωμωδίας Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως περιέχει, καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς Θεοδώρας, ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτοῦ Βελισαρίου καὶ τῆς γαμπρῆς αὐτοῦ. Procopius Illustris Caesariensis Palaestinus, Orator et Sophista, scripsit historiam Romanam, bella scilicet Belisarii, res Romae et in Africa gestas. Fuit temporibus Iustiniani Imperatoris, a secretis Belisarii dictus, et comes in omnibus bellis, et rebus a se descriptis interfuit. Scripsit et alium librum qui *ΑΝΕΚΔΟΤΑ* dicitur, de rebus Iustiniani: ut eius libri omnes sint novem. In hoc opere vituperationes et insectationes Iustiniani et Theodorae eius coniugis, atque etiam Belisarii et uxoris eius continentur.

Ioannes Zonaras Tom. 3.

Τῷ Βελισαρίῳ καὶ ὁ Καισαρεὺς συνωμάρτε Προκόπιος, ὃς τὰ περὶ τῶν ἐκείνου πολέμων ἱστορίας πλατύτερον. Belisarium secretus est Procopius Caesariensis, qui eius in bello res gestas plenissima historia complexus est.

Georgius Cedrenus in Annal.

Τὰ τοῦ Βελισαρίου στρατηγήματα Προκόπιος ὁ Καισαρεὺς ἐν ὀκτὼ βιβλίοις συγγράψατο. Belisarii bellica facinora Procopius Caesariensis octo libris narravit.

Anonymus in Chron. Vatic.

Προκόπιος Ἰλλούστριος Καισαρεὺς συνέγραψε τοὺς πολέμους Βελισαρίου τοῦ πατρικίου ἐν βιβλίοις ὀκτὼ. Procopius Caesariensis Vir Illustris composuit historiam de bellis a Belisario Patricio gestis octo libris.

Nicoph. Callist. lib. 17. cap. 10.

A 19

Facta Iustiniani a Procopio Caesariensi eleganter admodum et docte in temporum suorum historia sunt conscripta. Quatuor autem volumina is ad antiquitatis styllum accedentia composuit: quorum unum Persica nominavit, in quatuor partes divisum opus: secundum pari

divisione Gothica; quae scripta, bella ab ipso Iustiniano et Belisario in orbe Romano feliciter gesta complectuntur. Tertium Aedificia inscripsit, magnifice admodum commemorans, quae opera Iustinianus construxerit: templa scilicet, regias, oppida et urbes, pontes, atque alia ad publicum usum spectantia. Quartum opus retractatio est orationum, quas apud Iustinianum laudibus eum vehens habuit: quasi quaedam palinodia, seu recantatio minus recte ab eo dictorum.

Petrus Gyllius lib. 1. de Bosporo Thracio cap. 1.

Procopius restrictius Bosporum praefinire videtur in libro inscripto περί τῶν ἀνεκδότων; quem scripsit contra Iustinianum, contraque eius uxorem Theodoram. vide et lib. 3. cap. 4.

CLAUDII MALTRETI
P R A E F A T I O
AD LIBROS DE AEDIFICIIS.

Animum expedi, AMICE LECTOR, et ad longum iter accinge. Orbis Romanus, quam late patuit sub Iustiniano Augusto, obeundas est totus, excepta forte Italia. Se ducem offert PROCOPIUS Caesariensis, ubique notus. Tibi ipsum sequenti hospitia nusquam deerant. Ubivis patebunt Imperatoris illius Aedificia; quae Scriptor hic adeo muniit, ut ea non imber edax aut Aquilo impotens possit diruere, aut innumerabilis annorum series et fuga temporum labefactare. Vide et mirare quantum adversus vetustatem bonae litterae valeant. Columnae, Porticus, Sacrae Aedes, Palatia, Pontes, Balneae, Castella, Oppida in foliis eruditis melius stant, quam ubi extracta quondam fuere opere solidissimo. Alibi vel foede mutila sunt, vel omnino nulla; hic nomen, situm formamque retinent. Quanquam visum est aliquando aevum scripta isthaec abolevisse. At cum diu latuissent in pulvere, extitere sensim, arcum instar triumphalium: qui terra iam pridem obruti, paulatim reteguntur. Cum primum summa curvatura apparet, os aliquod effossi cadaveris videro te credas. Humo autem egesta ac solo purgato, decus molemque omnes suspiciunt, et suus honor monumento antiquitatis redditur. Eodem plane modo hi περὶ κτισμάτων libri, primum Basilcae, subinde Parisiis editi ante annos 120. *) summa quaedam veluti fa-

[*) Videtur Francisci Cranveldii interpretationem Latinam dicere, quae Parisiis prodit a. 1537. ex officina Christiani Wecheli. V. Fabric. B. Gr. vol. 7. p. 559. ed. Harl.]

stigia prodere coeperant. Postea duplo ampliores prodire studio atque opera Davidis Hoeschelii. Iam demum exhibemus integros, praeterquam duobus in locis, ubi admodum pauca librariis exciderunt. Huius beneficii primam originem positam audio in locupletissima Dn. SEGVIERII Illustrissimi Franciae Cancellarii Bibliotheca. Ibi MS. asservatur, cuius, ut ita dicam, propago est codex, unde textus Graecus Regiae huic editioni suppetiit. Eum ego codicem in Lectionibus variis Tolosanum iure appello; propterea quod doctissimi Philippi Iacobi Mauseaci Tolosatis cura descriptus, post eius obitum, e manibus possessoris optimi ac spectatissimi Dn. Vitelli Senatoris dono transiit ad virum Clarissimum Bernardum Medonium. Qui ut privatam munus publicum faceret, mihi, amico veteri multisque obstricto beneficii ipsum benignissime obtulit. Ego vero accepi, et accepisse laetor eo magis, quo melius novi praestantem eius humanitatem, doctrinam, atque ingenium. Caeterum moueo non ita me usum eiusmodi MS. ut nunquam ad editionem Augustanam respexerim. Immo semper illam ante oculos habui, ac sicubi meliora obtulit, excepi lubens, contextuique inserui. Quidquid discriminis fuit, id in lectionibus variis reperies. Addo, lecturam te in his libris, quaecunque inedita retulit ex Procopio Petrus Gyllius in Topographia CP. Procul dubio codicem nactus erat vir eruditus nostro similem. Ac forte eo ipso usus est, quem habet Illustrissimus Cancellarius, et olim habuisse dicitur Illustr. ac Reverend. Cardinalis Armaniacus, cuius Bibliothecae Gyllius praefuit. Tenere te, Lector, diutius nolo. Procopius invitat: i, sequere; bonis avibus ingredi viam: Iustiniani aedificia obi: singula diligenter inspicere. Vale.

P R A E F A T I O

GUILIELMI DINDORFII.

Quam librarii rationes diutius differri huius voluminis editionem non paterentur, omissis codicum Vaticanorum aliorumque collationibus, nondum absolutis, ceterisque quae ei destinatae erant accessionibus et indice Graeco quali hic scriptor non indignus mihi videbatur paullo pleniore, opera nostra angustioribus quam solemus finibus est circumscripta: de quo paucis dicemus.

Historiae arcanae librum, quem falluntur qui scriptum a Procopio esse negant, primus edidit Nicolaus Alemannus Lugduni a. 1623. codicibus usus Vaticanis duobus amplisque additis annotationibus, quas locis non paucis ex schedis Alemanni auxi et correxi. Alemannus enim novam, ut videtur, editionem meditatus, veteris exemplar correctionibus suis, partim ex codice Mediolanensi ductis, et additamentis auctum reliquit, quod in bibliotheca Barberiniana a-servatur. Ea omnia aliud in exemplar eiusdem editionis ab se transcripta cum L. Elzevirio olim communicavit Lucas Holstenius*): cuius libri usum nos Gandoeveri, Academiae Rheno-Traiectinae doctoris clarissimi, benevolentiae debemus. Proxima Alemanno, sed vix digna memoratu editio Ioannis Eichelii est (Helmstadii a. 1654.), verbosis onerata annotationibus. Alemanni editionem integram in suam transtulit Malfretus, textus Graeci vitiis plurimis sublatis duorum ope codicum, Segueriani et Mediolanensis, de quibus dixit in prae-

*) Conf. Holstenii epist. ad Elzevir. p. 263. ed. ^{quae} Boisson.

fatione p. V. Maltreti editionem brevibus auctam annotationibus repetivit I. Conradus Orellius, Lipsiae a. 1827. insertis famosis de Theodoræ libidine locis, qui a prioribus editoribus suppressi ex codice Vaticano editi sunt in Menagianis vol. 3. p. 255. et seqq. Ego eorundem usus sum apographo Holsteniano.

Reiskii in Historiam arcanam emendationes, mense Februario a. 1751. perscriptas, quae multa utilia continent, de margine exemplaris Alemanniani, quod post mortem Reiskii in bibliothecam regiam Havniensem est illatum, meos in usus descripsit O. D. Blochius.

Libros sex de Aedificiis Iustiniani ex codice et vitioso admodum et lacunoso Conradi Pentingeri primum edidit Hervagius Basileae a. 1531. curante Beato Rhenano, post Hervagium Historiarum libris octo adiunxit Davides Hoeschelius, libris adhibitis duobus, altero Frederici Lindenbrogii, editioni Basileensi simillimo, altero ab Carolo Labbaeo ex veteri codice transcripto, quem licet longe integriorem editione Basileensi fuisse appareat, tamen ipse quoque omni vitiorum genere inquinatus locisque plurimis est defectus: longe emendatius Maltretus, duorum quidem ille, sed parum accurate usus codicum lectionibus, Vaticani et, quem Tolosanum propter rationem in praefatione ab se expositam vocavit, Segueriani. Ego quum idoneis ad hos libros pertractandos codicum praesidiis essem destitutus, Maltreti secutus sum editionem, levioribus quibusdam vitiis correctis, raro Hoeschelianam memoravi. Brevis horum librorum epitome exstat in codice regio Parisino 1941. cuius passim ab me mentio facta est in annotatione litera C designati.

Indices Latinos ab homine confectos verborum non parco ex editione Maltreti repeti numerosque paginarum ad nostram editionem accommodari curavit librarius.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

Α Ν Ε Κ Δ Ο Τ Α.

ARGUMENTUM

HISTORIAE ARCANAE.

EX EUAGRIO 4, 80.

Ο *Ιουστινιανὸς ἦν μὲν χρημάτων ἄπληστος καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὕτως ἐκτόπως ἐραστής, ὡς καὶ τὸ ὑπήκοον ἄπαν χρυσοῦ πιπράσκειν τοῖς τε τὰς ἀρχὰς ἐπιτροπεύουσι τοῖς τε τοὺς φόρους ἐκλέγουσι καὶ τοῖς ὅσοι ἀπ' οὐδεμιᾶς αἰτίας ῥάπτειν ἐπιβουλὰς τοῖς ἀνθρώποις ἐθέλουσι. πολλοὺς δὲ καὶ ἀναρίθμους τῶν τὰ πολλὰ κεκτημένων προφάσεις ἀπροφασίστους ἐπιχρώσας τὰς οὐσίας ἀπίυσεν ἐζημίωσεν. ἦν δὲ καὶ γυνὴ ἐταιριζομένη ἐποφθαλμίσασά τῃ ὁμίλιαν τινὰ ἣ μίξιν ἀνέπλασεν, εὐθὺς ἄπαντα φροῦδα τὰ τῶν νόμων καθίστατο, καὶ τὸν Ἰουστινιανὸν προσεταιρι-*
¹⁰*σμένη τοῦ ἀτόπου κέρδους ὄλον τὸν πλοῦτον συκοφαντηθέντος οἴκοι μετεσκευάσατο. καὶ ἀφειδῆς δὲ χρημύτωκε ὑπῆρχεν, ὥστε καὶ πολλοὺς ἄγλους καὶ ἑκαστοχοῦ ναοὺς μεγαλοπρεπεῖς ἀναστήσαι, ἄλλους τε εὐαγεῖς οἴκους εἰς ἐπιμέλειαν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἀώρων τε καὶ ἐξάωρων καὶ τῶν ὑπὸ νοσημύτων ποικίλων*

In Iustiniano tam inexplebilis fuit pecuniae cupiditas et tam turpis atque adeo absurda rerum alienarum appetitio, ut omnia subiectorum bona his, qui magistratus administrabant, qui tributa colligebant, qui nulla de causa insidias hominibus struere volebant, ob auri amorem vendiderit. Complures, hinc vero innumerabiles, qui multa bona possidebant, causa falsa commentitiisque conficta omnibus fortunis mulctavit. Quod si quae meretrix oculos cupiditatis ad alienius bona adficiens, consuetudinem se ullam cum eo, vel coniunctionem habuisse simularet, statim omnia iura ac leges, modo Iustinianum turpis lucri socium constitueret, eius causa eversae iscuerunt, facultatesque omnes illius, qui falso in crimen adductus erat, fuerunt in eius domum translatae. Erat porro tam largus in pecunia eroganda, uti multa et magnifica templa in diversis locis extraheret, magnamque seorsum colligeret a suis pecuniarum

ἐνοχλουμένων συντάξεις τε μεγάλας ἀποκληρώσαι, ὅθεν δέοι ταῦτα γίνεσθαι, πρᾶξαι τε καὶ ἄλλα μυρία εὐσεβῆ καὶ θεῶ ἀρέσκοντα, εἴπερ ἐξ οἰκείων δρωῖεν οἱ τούτων ἐργάται καὶ καθαρὰς τὰς σφῶν πράξεις καρποφοροῖεν.

Ibidem 32.

Εἰπεῖν δὲ δεῖ καὶ ἕτερον τῶν Ἰουστινιανοῦ πᾶσαν θηριώδη γνώμην ἐκβαῖνον, εἴτε δὲ φύσεως ἀμαρτία εἴτε δειλίας τε καὶ φόβων ἔγγονον, οὐκ ἔχω λέγειν, ἐκ τῆς δημῶδους στάσεως τοῦ νικά τὴν ἀρχὴν ἔλκον. ἐδόκει γὰρ θατέρῳ τῶν μερῶν, τῶν κυανέων φημι, ἀτεχνῶς προσκεκλωθαι ἐς τοσοῦτον ὥστε καὶ μισθονίας αὐτοὺς ἐν μέσῃ ἡμέρᾳ καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐργάζεσθαι τῶν ἀπ' ἐναντίας, καὶ μὴ μόνον ποινὰς μὴ δεδιέναι, ἀλλὰ καὶ γερῶν ἀξιοῦσθαι, ὡς πολλοὺς ἀνδροφόνους ἐντεῦθεν γενέσθαι. ἐξῆν δὲ αὐτοῖς καὶ τοῖς οἴκοις ἐπιέναι, καὶ τὰ ἐναποικείμενα κειμήλια ληΐζεσθαι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰς σφῶν πιπράσκειν σωτηρίας. καὶ ἦν τις τῶν ἀρχόντων εἶργειν ἐπειράθη, περὶ τὴν σωτηρίαν ἐκινδύνευεν. ὅθεν ἀμέλει εἰς τις τὴν ἐψῶν ἐπιτροπεύων ἀρχὴν, ἐπεὶ ἐνίοις τῶν νεωτεριζόντων νεύροις ἐσωφρόνισεν, ἀνὰ τὸ μεσαίτατον τῆς πόλεως νεύροις ἤκλωθη τε καὶ περιηρέθη. Καλλίνικος δὲ τῶν Κιλικῶν ἡγούμενος δύο ἀνδροφόνῳ Κίλικε, Παῦλον καὶ Φαυστῖνον, ἐπελθόντε οἱ καὶ διαχρήσασθαι βουλο-

vim, unde ista perficerentur, quae sane pia Deoque accepta essent, si modo vel ille, vel alii qui talia moliantur, de suis ipsorum bonis efficienda curarent, suaeque vitae actiones vacuas a sceleris labe tanquam hostiam Deo offerrent.

Ibidem 32.

De alio item Iustiniani facto mihi dicendum est, quod quidem sive ex naturae vitio, sive ex formidine et timore ortum sit, non habeo dicere; eius tamen generis fuit, ut omnem belluinam immanitatem longe superaret. Duxit autem initium ab ea seditione populari, quam ΝΙΚΑ, hoc est VINCERE, vocant. Placuit Iustiniano ita vehementer in alteram factionem eorum qui Veneti dicuntur, animo propendere, ut impune posent ipso meridie in media civitate adversarios trucidare, et non modo non poenas metuerent, verum etiam dignarentur honoribus: adeo ut inde multi homicidae existerent. Licebat autem illis in aedes alienas irrumperere, thesauros diripere in illis reconditos, hominibus suam ipsorum salutem ac vitam divendere: et si quis Magistratus illos cohibere moliretur, suo ipsius capiti creavit periculum. Unde certe vir quidam qui gessit in Oriente Magistratum, quoniam nonnullos eorum qui rebus novis studebant, nervis coercere voluit, quo modestiores efficerentur, per mediam urbem circumductus fuit, nervisque graviter caesus. Callinicus porro Praefectus Ciliciae, cum duo Cilices, Paulus et Faustinus, homi-

μένω, ἐπει ταῖς ἐκ νόμων ποιναῖς ὑπέθηκεν, ἀνεσκολοπίσθη, ποιεῖν ὑπὲρ ὀρθῆς συνέσεως καὶ τῶν νόμων ταύτην καταλαβών. ἔντιϋθεν οἱ θατέρου μέρους τὰ οἰκία πεφηνγότες, καὶ πρὸς οὐδενὸς ἀνθρώπων δεξιούμενοι, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄγη πάντοθεν ἐλαυ-
 5 νόμενοι, τοῖς ὁδοιποροῦσιν ἐφήδρευον, λωποδυσίας τε καὶ μισοφοτίας ἐργαζόμενοι καὶ πάντα πλήρη θανάτων ἀώρων, λεηλασίας τε καὶ τῶν λοιπῶν ἀτοπημάτων εἶναι. ἔστιν δὲ οὐδὲ πρὸς τὰ ἐναντία μετωχωρήσεις καὶ αὐτοὺς διεχρήσατο, τοῖς νόμοις ἐκδοὺς, οὓς ἀφῆκεν ἀνὰ τὰ ἄστη ἀνοσιουργεῖν βαρβάρους ἴσα. καὶ τὰ
 10 μὲν περὶ τούτων λεπτομερῶς λέγειν κρεῖττον καὶ λόγου καὶ χρόνου. ἀπόχρη δὲ ταῦτα τεκμηριῶσαι καὶ τὰ ἐπιλοιπα.

EX IOANNE ZONARA.

Ἄρξαντος Ἰουστινιανοῦ οὐκ εἰς μοναρχίαν ἢ βουσιλεία κατέστη, ἀλλ' εἰς διπλοῦν τὸ κράτος μεμέριστο. οὐδὲν γὰρ ἦττον τοῦ κρατοῦντος, εἰ μὴ καὶ μῦλλον, ἢ κοινωνὸς αὐτῷ τοῦ βίου δε-
 15 ὄντητο. ἦν δὲ οὗτος ὁ βασιλεὺς ῥῆστος μὲν πρὸς ἔντευξιν καὶ ἀναπεπταμέναις εἶχε τὰς ἀκοὰς πρὸς διαβολὰς, ὄξυς δὲ πρὸς ἄμυσαν, ἀφειδῆς πρὸς χρημάτων ἐξάντλησιν, καὶ πρὸς συλλογὴν αἰτῶν ἀφειδέστερος. τὰ μὲν γὰρ ἀνήλισκε πρὸς οἰκοδομάς, τὰ δὲ ἔν' αὐτῷ κατορθοῖντο ὅσα οἱ ἐτύγγανε πρὸς βουλής, τὰ δὲ

3. οἰκία] οἰκία P.

cida uterque in eum impetum facerent, occidereque in animo haberent, quoniam poena ex legibus constituta eos mulctavit, in cruceam actus est, hocque supplicio pro recta conscientia et legum observatione affectus. Inde factum est, ut qui alterius erant factionis cum a domiciliis suis fugissent, et a nemine usquam exciperentur hospitio, sed velut scelera ubique exagitarentur, tendere insidias viatoribus, compilare, caedes facere coeperint, usque eo ut omnia loca nece immatura, direptione, et reliquis id genus maleficiis redundarent. Interdum animo in contrariam sententiam mutato, eius generis homines interfecit, legumque permisit potestati etiam eos quos ante passus fuisset more Barbarorum in civitatibus impia scelera consciscere. Sed ad ista singillatim persequenda mihi nec tempus suppetit nec facultas dicendi. Atque ea, quae diximus, satis esse poterunt ad coniecturam de reliquis eius facinoribus faciendam.

EX IOANNE ZONARA.

Iustiniano principatum adeptο, non unius, sed duorum potestas fuit, cum uxor eius non minus ipso, ac potius plus posset. Fuit hic Imperator aditu facilis, ad poenam irrogandam aequè promptus atque ad crimina audienda; pecuniam et temere profudit, et per fas ac nefas comparavit; aliam in aedificia, aliam ad exequenda consilia sua, aliam in

εἰς πολέμους καὶ τὰς πρὸς τοὺς ἀνθισταμένους ταῖς αὐτοῦ θη-
 λήσεσιν ἔριδας. ὄθεν αἰεὶ χρημάτων δεόμενος, ἐξελέγετο ταῦτα
 ἐκ τρόπων οὐκ εὐαγῶν, καὶ χάριτας ἤδει τοῖς προσφάσις αὐτῷ
 τοῦ ἀργυρολογεῖν ἐφευρίσκουσι. καὶ οὐχ ὁ μὲν οὕτω διέκειτο,
 ἢ δὲ βασιλὶς ἤλαττοῦτο, κατὰ τι τοῦ αὐτοκράτορος ἢ πρὸς ἔξου- 5
 σίαν, ἢ πρὸς χρημάτων κτήσιν ἐκ τρόπου παντός. ἐδύνατο γὰρ
 πολλῶ τῷ μέσῳ τοῦ ξυνευνέτου ἐπέκεινα. ἦν δὲ καὶ πορρωτάτη
 πρὸς εὗρεσιν καινοτέρων καὶ πολυτρόπων ἐπινοιῶν. ἐντεῦθεν
 τοῖς ὑπηκόοις διχόθεν αἰ συμφοραί· οἳ τε γὰρ ἐτήσιοι δασμοὶ ἐπὶ
 μείζον ἐξῆροντο καὶ καινοὶ προσεπινοήοντο, καὶ οἳ μὲν ὡς μὴ 10
 περὶ τὴν εἰς τὸ θείον δόξαν ὀρθῶς διακείμενοι, οἳ δὲ ὡς ἀκολά-
 στως βιοῦντες ἢ ἀσελγῶς ἐκολάζοντο καὶ τὰς περιουσίας ἀφῆρη-
 το, οἳ δὲ διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς, καὶ ἄλλοι ἐξ ἄλλων
 τρόπων καὶ ἕτεροι ἐξ ἑτέρων. πάντας γὰρ ἀπαριθμεῖν μακρῶς
 ἂν ὄκειτο ξυγγραφῆς.

15

rem bellicam, et contentiones eorum, qui voluntati ipsius adversaban-
 tur, insumendo. Ita factum, ut cum pecunia semper egeret, eam ratio-
 nibus parum honestis compararet, ac gratiam haberet iis, qui colligendi
 argenti vias ostenderent. Neque vero ille sic affectus erat; Imperatrix
 vero illi sive licentia, sive quovis modo faciendae pecuniae solertia ce-
 debat. Sed et maritum longo intervallo potentia superabat, et novos,
 eosque varios quaestus ingeniosissime reperiebat. Hinc subditi gemino
 onere premebantur. Nam et annua tributa exaggerebantur, et nova ex-
 cogitabantur. Alii, ut perperam de religione sentientes mulctabantur:
 alii ut immodeste et petulanter viventes opibus privabantur: alii ob con-
 tentiones inter sese: alii denique aliis de causis; quae omnes breviter
 recenseri nequeunt.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΑΝΕΚΔΟΤΑ P 1

PROCOPII ANECDOTA.

ARGUMENTUM.

EX EDITIONE MALTRETI.

Antoninae genus et educatio. Belisario nupta dedit se adulteriis. Caede Silocrii Papae Theodoram Aug. sibi conciliat. Bius flagitia cum Theodosio adolescente. Deprehenditur a Belisario: in delatores saevit: Photium filium suum insidiis petit. Theodosius fit Ephesi monachus. (Cap. 1.) Belisarius adversus Chosroem mittitur. Photium privignum suum hortatur ad necem Theodosii, ad Antoninam reversi. Res Orientis, et in his culps Belisarii. Ex epistola Theodora Aug. ansam Chosroes carpendi Romanos arripit. (2.) Antoninam Belisarius in custodiam dat. Theodosius Antoninae amasius in templum confugit. Belisarius Byzantium revocatur. Photius Theodosium in vincla coniecit. Theodora in amicos Belisarii saevit: Theodosium Senatorem ad praecipium damnat: Antoninae Theodosium amasium reddit: Photium habet in carcere: asylum violat. Elabitur Photius monitu Zachariae prophetae in somnis visi. Fit monachus. (3.) Ob prolatam temere vocem, aegrotante Iustiniano, Buzes in carcerem subterraneum coniecitur. Exactoratur Belisarius. Indigna passum, tandem Theodora Antoninae condonat. Ioannina Belisarii filia Anastasio spondetur. Altera Belisarii in Italiam expeditio, infelix. Fortuna nihil aliud nisi divina providentia. (4.) Avaritia Belisarii in Italia: ab eo Ioannes se abalienat. Italiam Belisarius afflictam relinquit. Nuptiarum conciliatrix turpissima. Belisarius uxorius. Sergii perfidia ac crudelitas in Legatos. Solomon Pegasium, a quo pie monebatur, occidit: ab Imperatore absolutus, a Deo plectitur. (5.) Iustini senioris genus et patria. Cum esset Praetorianus, mortem evasit, Ioanne in somnis monito, ne illum occideret. Praetorianis ab Anastasio praeficitur. Fit Imperator, quamvis analphabetus. Nova subscribendi ars. Lupicina Iustini uxor. Iustiniani ingenium. Auctor caedis Amantii ac Vitaliani. (6.) Factionum Circi licentia egregie describitur. Novitas in cultu corporis. Latrocinia ac caedes. Exarmatae Leges. Libido vaga. Uxoris mira in maritum fides. Iustiniani reprehensio. (7.) Iustinianus asino similis. Aerarium exhaurit: insanas moles in mari substruit: pecuniae quaerendae viam inquit iniustam: forma corporis Domitianum refert. De statu Domitiani narratio parum hactenus nota. Iustiniani mores, sane pessimi. (8.) Theodora genus obocurissimum: turpissima educatio: infamis corporis quaestus. Amasia Iustiniani. Theodotus Cucurbitinus

iniquissime habitus. *Uxor Iustini non sinit Iustiniano nubere Theodoram. Iustini lege Senatoribus connubia cum scenicis ac meretricibus permissa. Quo die ad Imperium accitus Iustinianus. (9.) Auctoris iudicium de Iustiniani matrimonio cum Theodora. Quae forma corporis Theodorae. Eius consensio cum Iustiniano. (10.) Iustinianus nihil non mutat, ut nomen suum propaget, illud rebus multis indendo. Pecuniam profundit: sua prodigientia Barbaros allicit. Avaritiae causa Haereticos exagitat. Montanistarum horrenda desperatio. Samaritani ad Christum conversi, maximam partem ad Manichaeos et Polytheos deficiunt. Rustici Samaritani cum suo Rege caesi. Persequitur Iustinianus Gentiles, turpes puerosum amatores, et Astrologos. (11.) Insignis fraus in Zenonem, in alios Senatores, et in Ioannem Edessenum. Iustinianus ac Theodora Daemones habiti. Iustinianus a Daemone fertur genitus: visus sine capite ambulare. Mira Monachi visio. Iustinianus non cibo, non somno, sed Veneri deditus. Rem cum Lemuribus habet Theodora. Eius somnium. (12.) Iustiniani lenitas affectata: ira in supplices: fauor impensus sacerdotibus: qualis pietas: consensio cum Theodora: levitas. Triboniani assentatio. Iustiniani amor et odium: avaritia: pretio fixae et refixae leges. Quinam illi carissimi. Eius perfidia. Ieiunia. (13.) Iustiniani barbaries. Iniqua iudicia. Nihil Senatui nisi nomen relictum. Pondera librae Themidis, aurum. Referendarii munus. Praetoriani extorquent iudicia. Leo Cilix auctor vendendi iuris. (14.) Theodorae crudelitas: cura corporis: fastus: pedum oculo: calumniarum: saevitia: ignominiosa iniuria in Patricium: secessus in Heracum. (15.) Theodora Amalasinthae parat exitium. Ad id Petrum inducit. Priaco insidiatur. Arcobindum famulum pessime habet. Basianum crudelissime necat. Exagitat Diogenem. Theodorum torquet. (16.) Theodora in crucem agit Praefectum, quod Venetum damnarit. Meretrices ad meliorem frugem adigit. Nobiles feminas vexat. Ioannem filium suum nothum occidit. Mulieribus adulteris patrocinatur. Episcopos et Magistratus creat. Matrimonia nobilium curat. Saturnino meretricem despondet, et querentem illum, ceu puerum, flagro excipit. Acta in Ioannem Cappadocem. (17.) Clades a Iustiniano Orbi illatae. Africana calamitas. Belisarius male ex Africa revocatus. Italiae clades. Fines Imperii Gothici. Incuriones Barbarorum in Europam. Saracenorum ac Persarum irruptiones. Iustinianus bellorum auctor. Praepostere Theologus. Strages civiles. Inundationes fluminum. Terrae motus. Pestilentia. (18.) Somnium de Iustiniani avaritia. Relictas ab Imp. Anastasio opes profundit. Subditos expilat: in Barbaros prodigus. (19.) Praefectus Vaenaliitii. Instituta monopolia. Praetor plebis et Quaesitor nove creati. Deformata Quaesitura. Triboniano succedit Iulius: huic Constantinus. Utriusque mores. (20.) Aërium tributum. Rapacitas Praefectorum Praet. Phocae et Bessi integritas. Praefecturae locatae pretio. Lex de Praefecturis gratis dandis. Magistratus conductitii. Scelerati Reip. praefecti. Barbaris data grassandi copia. (21.) Ioanni Cappadoci Praefecto Praetorio subrogatur Theodotus: huic Petrus Barsames. Eius scelera. Collector. Frumenti putridi distributio. Petrus Theodorac carissimus ob Magiae peritiam. Iustiniani levitas. Petrus aerario praeficitur. Nummus aureus diminutus. (22.) Sublata vectigalium condonatio. De Annona, Impositione, ac Descriptione. Barbarorum Byzantii agentium multitudo. (23.) Vexati milites. Triplex eorum ordo. Quam inique a Logothetis habiti. Milites limitanei. Scholarii. Supernumerarii. Domestici et Protectores. Quinquennale donativum sublatum. (24.) Vexati institores. Nummularii. Sericarii. Serici pretium. (25.) Iacent Causidici: Medici et liberalium disciplinarum magistri. Sublata spectacula: sublatis Consules. Pauperum vexatio. Romae Praetorianis relictum a Theodorico stipendium, itemque frumentum pauperibus D. Petri. Haec*

Alexander Forficula resecat. Avortit Hephaestus assignatam a Diocletiano pauperibus Alexandrinis annonam. (26.) Rhodo Alexandriae Praefectus Pauli eiusdem urbis Antistitis impulsu et Iustiniani iussu Proem Diaconum necat. Sententia Vigilii Papae Paulus deicitur solio. Iustinianus Rhodencem, Theodora Arsenium capite plectunt. Vigilii constantia. Faustinus Samarita reus ab Imp. absolvitur. (27.) Priscus Emesenus falsarius. Praescriptio centenaria Ecclesiis data. Longinus Prisci fraudem deprehendit. Hebraeos vexat Iustinianus. (28.) Iustiniani dissimulatio risam gravissimam parit. Eudaemonis et Euphratae haereditates occupat. Lex de haeredibus Senatorum. Iniqua Iustiniani sententia. Praesente illectus pecunia nec Venetis favet, (29.) Quae olim ratio cursus publici. Sublati a Iustiniano Veredarii plurimis in locis, et Exploratores. Eius ridiculum. Salutandi Imperatoris et Augustae mos. Regiae frequentia. (30.)

V 279^o
A 1 Ὅσα μὲν οὖν Ῥωμαίων τῷ γένει ἔν τε πολέμοις ἄχρι δεῦρο ξυ-
νήχθη γενέσθαι, τῇδὲ μοι δεδιήγηται, ἥπερ δυνατὸν ἐγγόνει
τῶν πράξεων τὰς δηλώσεις ἀπάσας ἐπὶ καιρῶν τε καὶ χωρίων ἐπι-
τηδείων ἀρμοσαμένῳ· τὰ δὲ ἐνθένδε οὐκ ἔτι μοι τρόπῳ τῷ εἰ-
ρημένῳ ξυγκίεσται, ἐπεὶ ἐνταῦθα γεγράφεται πάντα, ὅποσα δὴ 5
τετύχηκε γενέσθαι πανταχόθι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. αἴτιον δὲ,
ὅτι δὴ οὐχ οἷόν τε ἦν περιόντων ἔτι τῶν αὐτὰ ἐργασμένων ὄτω
P 2 δεῖ ἀναγράφεσθαι τρόπον. οὔτε γὰρ διαλυθεῖν πλήθῃ κατασκό-
πων οἷόν τε ἦν οὔτε φωραθέντα μὴ ἀπολωλέναι θανάτῳ οἰκτι-
στω· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν συγγενῶν τοῖς γε οἰκτιοτάτοις τὸ θαρρεῖν 10
εἶχον. ἀλλὰ καὶ πολλῶν τῶν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις εἰρημέ-
νων ἀποκρύψασθαι τὰς αἰτίας ἠναγκάσθη. τὰ τότε δ' οὖν
τέως ἄρρητα μείναντα καὶ τῶν ἔμπροσθεν διδηλωμένων ἐνταῦθά
μοι τοῦ λόγου τὰς αἰτίας σημεῖναι δεῖσει. ἀλλὰ μοι εἰς ἀγώνισιν

4. ἐνθένδε Alem. Vulgo ἐνθάδε. 7. ὅτι δὴ] δὴ om. P.
8. δεῖ] δὴ A (i. e. editio Lugdunensis Alemanni). *ibid.*
πλήθῃ κατασκόπων — προγεγενημένων (p. 11, 18.) „Exordium
parte maxima mutilum in editione Lugdunensi hic damus integrum
ex MS. cod. Mediolanensi.“ MALT. πλ * οἷόντε ἦν, οὔτε φωρα-
θέντων μὴ ἀπολωλέναι θανάτῳ οἰκτίστω. ὁ * συγγενῶν τοῖς γε
οἰκτιοτάτοις τὸ θαρρεῖν εἶχον. * ἀλλὰ καὶ πολλῶν τῶν ἐν * εἰ-
ρημένων ἀποκρύψασθαι τὰς αἰτίας ἠναγκάσθη. τότε δ' οὖν *
καὶ τῶν ἔμπροσθεν διδηλωμένων ἐντ * ἀλλὰ μοι ἐς ἀγώνισιν ἐτέ-
ραν ἴοντι * θεοδώρα βεβιωμένων, βα * ἔμβαινει, ὅτι δὴ μοι
τὰ * φανησόμενα τοῖς ὅπι * καλαισιότεραν τὴν ἀκοη * * εὐπορος
ὑπὸ ἀμαθίας ἢ ἐς τῶν ο γεγενημένων A. 12. ἠναγκάσθη] ἠναγκάσθη ἀροgr. Holst. 13. ἄρρητα ἀροgr. Holst. ἀπόρ-
ρητα P.

Romanae genti quae ad hanc ferme diem in bellicis expeditionibus ac-
cideret, ita plane narravi, ut rerum gestarum eventus suis quique tem-
poribus ac locis, quoad eius fieri potuit, disponerentur. Nunc reliqua
haud libet simili ratione distinguere, cum in hunc locum conicere sit
animus quae sparsim in ditione Romana contigere. Huiusce vero con-
siliū eam habeo causam, quod illa scribere qua maxime ratione oportuis-
set, nequaquam expedire tum mihi videbatur, cum etiamnum superstites
forent, qui ea perpetrassent. Certe latere ipse diutius non potuissem
exploratores passim dispositos; neque supplicio crudelissimo non interire,
si deprehensus fuisset: quando nec sanguine propinquis fidere tuto po-
teram. Quin et multorum, quae in superioribus libris memoriae prodidi,
silere causas coactus sum. Quare meum erit officium in hac parte hi-

ἴδραν ἰόντι χαλεπήν τινα καὶ δεινῶς ἄμαχον τῶν Ἰουστινιανῶν τε
 καὶ Θεοδοῦρα βεβιωμένων βαμβαίνειν τε καὶ ἀναποδίζειν ἐπὶ πλει-
 στον ἐκεῖνο διαριθμουμένῳ ξυμβαίνει, ὅτι δὴ μοι ταῦτα ἐν τῷ B
 παρόντι γεγράφεται τὰ μήτε πιστὰ μήτε εἰκότα φανησόμενα τοῖς A 2
 ὁπισθεν γενησομένοις, ἄλλως τε ὀπηρῆκα ἐπὶ μέγα ρεύσας ὁ χρό-
 νος παλαιότεραν τὴν ἀκοὴν ἀπεργάσεται, δέδοικα μὴ καὶ μυθο- V 280
 λογίας ἀποισομαι δόξαν κὰν τοῖς τραγωδοδιδασκάλοις τετάξο-
 μαι. ἐκεῖνῳ μέντοι τὸ θαρρεῖν ἔχων οὐκ ἀποδειλιάσω τὸν ὄγκον
 τοῦ ἔργου, ὥς μοι οὐκ ἁμαρτύρητος ὁ λόγος ἐστίν. οἱ γὰρ νῦν
 10 ἄνθρωποι θαημονέστατοι μάρτυρες τῶν πρῶξεων ὄντες ἀξιόχρηστοι
 παράκομποι ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον τῆς ὑπὲρ αὐτῶν πίστεως ἔσον-
 ται. καίτοι με καὶ ἄλλο τι ἐς λόγον τόνδε ὀργῶντα πολλάκις ἐπὶ C
 πλείστον ἀνεχαίτισε χρόνον. ἐδόξασα γὰρ τοῖς ἐς τὸ ἔπειτα γε-
 ησομένοις ἀξύνφορον ἔσεσθαι τοῦτό γε, ἐπεὶ τῶν ἔργων τὰ πο-
 15 νηρότατα μάλιστα ξυνοίσει ἄγνωστα χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ εἶναι, ἢ
 τοῖς τυράννοις ἐς ἀκοὴν ἦγοντα ζηλωτὰ γίνεσθαι. τῶν γὰρ κρυ-
 τούτων αἰ τοῖς πλείστοις εὐπορος ὑπὸ ἀμαθίας ἢ ἐς τῶν προγε-
 γνημένων τὰ κακὰ μίμησις, καὶ πρὸς τὰ ἡμαρτημένα τοῖς πα-
 λαιοτέροις ῥᾶθόν τε καὶ ἀπονώτερον ἐς αἰεὶ τρέπονται. ἀλλὰ με
 20 ὕστερον ἐς τῶνδε τῶν ἔργων τὴν ἱστορίαν τοῦτο ἤνεγκεν, ὅτι δὴ
 τοῖς ἐς τὸ ἔπιτα τυραννήσουσιν ἐνδηλον ἔσται ὡς μάλιστα μὲν

6. ἀπεργάσεται] ἀπεργάζεται apogr. Holst. 7. τραγωδοδι-
 ασκάλοις] Legebatur τραγωδιδασκάλοις. *ibid.* τετάξομαι] τε-
 τάξομαι apogr. Holst. 13. ἐδόξασα] ἐδόξαζον apogr. Holst.
 14. ἀξύνφορον apogr. Holst. ἀσύμφορον P. 21. ὡς Alem.
 Vulgo φ.

storiæ, cum res silentio suppressas hactenus, tum earum, quæ prius
 vulgatæ sunt, causas edere. Sed aliud, molestum sane et difficillimum,
 repugnat; nimirum Iustiniani vita ac Theodoræ, ad quam animum ap-
 pellens, tremo, longissimeque retrahor hac cogitatione, ea me iam scri-
 pturam, quæ nec fide digna, nec verisimilia posteris videbuntur. Ac
 maxime cum harum rerum historiæ longinquus temporis lapsus magnam
 vetustatem attulerit, vereor ne famam fabulatoris tum referam, et cum
 recitatoribus tragoediarum annumerer. At rursus me illud confirmat ve-
 tatque absterreri gravitate materiæ, quod nonnisi testata narro. Nam
 qui hodie vivunt, certissimi actorum testes, satis habent auctoritatis,
 ut fidem, quam illa habent, in consequens ævum producant. Quanquam
 et quiddam aliud me ad hæc literis mandanda sæpe impulsit diutissime
 repressit. Ea nempe haud in rem fore posteritati censebam: cum multo
 magis expediat futuro tempore ignorari improbissime facta, quam, ubi
 ad tyrannorum aures pervenerint, imitanda illis videri. Eorum enim,
 qui rerum potantur, plerisque expedita semper via est ad sequenda
 stulte maiorum vitia: atque illi facilius promptiusque ad prava prisco-
 rum facinora dilabi solent. Me vero ad eas res historia prodendas in-

D καὶ τὴν τίσιν αὐτοῦ τῶν ἀμαρτανομένων περιελθεῖν οὐκ ἀπεικὸς εἶη, ἅπερ καὶ τοῖσδε τοῖς ἀνθρώποις ζυγητέθη παθεῖν· ἔπειτα δὲ καὶ ἀνάγραπτοι αὐτῶν αἱ πράξεις καὶ οἱ τρόποι ἐς αἰεὶ ἔσονται, ἀπ' αὐτοῦ τε ἴσως δκηρότερον παρὰ νομήσουσιν. τίς γὰρ ἂν τὸν Σεμιράμιδος ἀκόλαστον βίον ἢ τὴν Σαρδαναπάλλου καὶ 5 Νέρωνος μανίαν τῶν ἐπιγενομένων ἀνθρώπων ἔγνω, εἰ μὴ τοῖς τότε γεγραφόσι τὰ μνημεῖα ταῦτ' ἔλλειπτο; ἄλλως τε καὶ τοῖς τὰ ὅμοια πεισομένοις, ἂν οὕτω τύχοι, πρὸς τῶν τυράννων οὐκ ἀκερδῆς αὕτη παντάπασιν ἢ ἀκοή ἔσται. παραμυθεῖσθαι γὰρ οἱ δυστυχοῦντες εἰώθασιν τῷ μὴ μόνοις σφίσι τὰ δεινὰ ζυμπε- 10 σεῖν. διὰ τοι ταῦτα πρῶτα μὲν ὅσα Βελισαρίῳ μοχθηρὰ εἴργασται ἐρῶν ἔρχομαι· ὕστερον δὲ καὶ ὅσα Ἰουστινιανῷ καὶ Θεοδώρῳ μοχθηρὰ εἴργασται ἐγὼ δηλώσω.

P 3 α'. Ἦν τῷ Βελισαρίῳ γυνή, ἧς δὴ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν 15 λόγοις ἐμνήσθη, πάππου μὲν καὶ πατρὸς ἠνιόχων, ἐν τε Βυζαντίῳ καὶ Θεσσαλονίκῃ τὸ ἔργον τοῦτο ἐνδειξαμένων, μητρὸς

1. αὐτοῦ τῶν Alem. αὐτῶν A. τῶν P. 5. τὸν Σεμ. A. τὸν om. P. *ibid.* Σαρδαναπάλλου] Vulgo Σαρδαναπάλον.
 6. ἀνθρώπων ἔγνω, εἰ μὴ] ἀνθρώπων * μὴ A. 7. καὶ τοῖς — πεισομένοις] καὶ * μένοις A. *ibid.* ταῦτ'] ταῦτα apogr. Holst. 9. παντάπασιν — λόγοις ἐρρήθη (p. 13, 15.)] πάντα * παραμυθεῖσθαι γὰρ οἱ δυστυχοῦντες εἰώθασιν, τῷ μὴ μόνοις * τεῖν. διὰ τοι ταῦτα πρῶτα μὲν ὅσα βελισαρίῳ μοχθηρὰ * ὕστερον δὲ καὶ ὅσα Ἰουστινιανῷ καὶ Θεοδώρῳ μοχθηρὰ εἴργασται, ἐγὼ * δὴ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις, ἐμνήσθη πάππου * λονίκη τὸ ἔργον τοῦτο ἐνδειξαμένων. * τη τὰ προτερα μᾶλλον τινὰ βιώσασα * οἷς πολλὰ ἀμιληκῆα καὶ * σαρίῳ γυνή γέγονε. μητρὸς ἦδη * * εἶναι. ζυγκαλύπτειν * * λόγος ἐρρήθη A. 12. ἐρῶν apogr. Holst. ἐρεῖν P.

duxit, quod qui tyrannidem in posterum exercebunt, facile sibi horum hominum exemplo persuadere poterunt, quae ipsos etiam malefactorum maneat animadversio. Deinde fortasse veritū ne vita moresque sui aeternae posterorum memoriae tradantur, haud ita ad peccandum praecipites erunt. Quotus enim quisque hominum, qui deinde vixerunt, perditam Semiramidis vitam, vel Sardanapali aut Neronis dementiae nosset, nisi haec historiis commendata fuissent? In primis, si qui forte iis, quae hic narrantur, similia a tyrannis olim patientur, illis non omnino inutile erit ista audire. Solent enim miseri eo se consolari, quod non soli sint, quibus acciderint calamitates. Quamobrem primo quidem quae Belisario flagitiose commissa, deinde quae Iustinianus ac Theodora scelerate gesserunt, ego narrabo.

1. Belisarii coniux, de qua feci in superioribus libris mentionem, avum quidem et patrem aurigas habuit, hanc artem Byzantii ac Thessalonicae professos, matrem vero ex earum numero, quae in thymele

ἐν τῶν τινος ἐν θυμέλῃ πεπορνευμένων. αὕτη τὰ πρότερα μάχ-
 λον τινὰ βιώσασα βλον καὶ τὸν τρόπον ἐξερωγυῖα, φαρμακεῦσί
 τε πατρώοις πολλὰ ὠμίληκῦτα, καὶ τὴν μύθησιν τῶν οἱ ἀναγ-
 5 καίων ποιησαμένη, ἐγγυητὴ ὕστερον Βελισαρίῳ γυνὴ γέγονε, μή-
 τηρ ἦδη παίδων γενομένη πολλῶν. εὐθὺς μὲν οὖν ἠέλου μοιχεύ-
 τρια τὸ ἐξ ἀρχῆς εἶναι, ξυγκαλύπτειν μέντοι τοῦργον τοῦτο ἐν
 σπουδῇ εἶχεν, ἐγκαταδομένη τοῖς οἰκείοις ἐπιτηδείμασιν, οὐδέ B
 τι πρὸς τοῦ ξυνοικοῦντος δειμαίνουσα δέος (οὔτε γὰρ αἰδῶ τινα
 ἔργου ὄτουσῶν ἔλαβε πώποτε καὶ τὸν ἄνδρα μαγγανείαις πολλαῖς
 10 κατελιπεν), ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς βασιλίδος ἐποπτεύουσα τίσιν. λίαν
 γὰρ ἐς αὐτὴν ἡ Θεοδώρα ἠγγιαινετό τε καὶ ἐσεσήρει. ἐπεὶ δὲ αὐ-
 τὴν ἐν τοῖς οἱ ἀναγκαιοτάτοις ὑπουργήσασα χειροῆθη πεποίηται,
 πρῶτα μὲν Σιλβέριον διαχρησαμένη τρόπῳ ὕπερ ἐν τοῖς ὀπισθεν
 λόγοις εἰρήσεται, ὕστερον δὲ Ἰωάννην κατεργασαμένη τὸν Καπ-
 15 πδόκτην, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐμρήθη, ἐνταῦθα
 δὲ ἀδελότερόν τε καὶ οὐκ ἔτι ἀποκρυπτομένη ἅπαντα ἐξαμαρτά- C
 τειν οἰδαμῆ ὑπέξλου.

1. τῶν τινος Suidas s. v. θυμέλη. Legebatur τῶν τινος τῶν.
 ibid. αὕτη — ὠμίληκῦτα] Suidas s. v. μάχλος, et partim s. v. ἐξ-
 ερωγυῖα et φαρμακεῖς. ibid. τὰ πρότερα] τὸ πρότερον Sui-
 das. 2. καὶ τὸν] καὶ om. Suidas. 4. ἐγγυητὴ — ἐξῆς
 εἶναι] Suidas s. v. ἐγγυήσασθαι. ibid. Βελισαρίῳ] βελισσα-
 ρίῳ apogr. Holst. ibid. μήτηρ pone παίδων Suidas. 5. μὲν
 οὖν] μὲν om. Suidas. 6. ἐξ ἀρχῆς] ἐξῆς Suidas. ibid. μέν-
 ττοι apogr. Holst. μὲν P. 7. ἐγκαταδομένη] οὐ καταδομένη
 apogr. Holst. correctum. ibid. οὐδέ — πώποτε] Suidas s. v.
 δειμαίνει. οὐδέ τι πρὸς τοῦ Suidas. οὐδέ τὸ πρὸς τοῦ apogr.
 Holst. οὐδέ τοῦ P. 8. γὰρ om. Suidas. 9. ὄτουσῶν om.
 Suidas. ibid. ἔλαβε] ἐλάμβανε Suidas. ibid. καὶ τὸν ἄν-
 δρα μαγγανείαις πολλαῖς κατελιπεν ex apogr. Holst. addidi.
 11. ἡ Θεοδώρα] ἡ om. apogr. Holst. ibid. ἐσεσήρει Suidas s.
 v. ἐσεσήρεαν. Legebatur ἐμεμήνει. 12. τοῖς οἱ] οἱ om. apogr.
 Holst. 13. ὥσπερ apogr. Holst. ὥσπερ P. 16. ἀδελότερον]
 ἀσελγέστερον A. ibid. ἀποκρυπτομένη] ἀποκρυπτομένη Pm.

prostituant pudicitiam. Ac prius illa vitæ genus secuta impurissimum,
 dissoluta, cum veneficiis patriis versata diu, et apprime edocta quæ ad
 res ipsius maxime faciebant, desponsa deinde Belisario fuit, cum iam
 multam sobolem suscepisset. Extemplo autem eam libido perpulit, ut in
 posterum esset adultera. Cumque in studia sua illa sese immergeret,
 factum quidem oculere nitebatur, non quod vereretur maritum: nam
 ipsam nullius unquam flagitii puduit et maritum multis iam prestigiiis
 occupaverat: sed ne ab Augusta male multaretur: etenim Theodora in
 illam animo exasperata odio furebat. Postea vero quam Augustam mi-
 tigavit obsequio, et opera illi in summi momenti coeptis impensa, pri-
 mum quidem vita eo modo, de quo postea, erepta Silverio, dein autem
 Ianni Cappadoci illata, ut supra dixi, pernicie, intemperantius palam-
 que peccare nihil pensi habuit.

Ἦν δέ τις νεανίας ἐκ Θράκης ἐν τῇ Βελισαρίου οἰκίᾳ, Θεο-
 δόσιος τοῦνομα, δόξης γεγωνὸς ἐκ πατέρων Εὐνομιανῶν καλου-
 μένων. τοῦτον, ἤνικα ἐς Λιβύην ἀποπλεῖν ἐμελλεν, ἔλουσε μὲν
 V 281 ὁ Βελισάριος τὸ θεῖον λουτρὸν καὶ χερσὶν ἀνελόμενος ἐνθένδε οὐ-
 κείαις εἰσποιητὸν ἐποίησατο ξὶν τῇ γυναικὶ παῖδα, ἥπερ εἰσποιεῖ- 5
 σθαι Χριστιανοῖς νόμος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἡ Ἀντωνίνα τὸν Θεοδό-
 A 3 σιον, ἅτε παῖδα ὄντα ἱερῶ λόγῳ, ἠγάπα τε ὡς τὸ εἰκὸς κὰν τοῖς
 D μάλιστα ἐπιμελομένη ὑφ' αὐτὴν εἶχεν. εἰθ' ὕστερον αὐτοῦ ἐρα-
 σθεῖσα ἐκτόπως ἐν τῷ διάπλῳ τούτῳ καὶ κατακορῆς γεγονυῖα τῷ
 πάθει ἀπεσιείσατο μὲν θεῖων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων δέος 1
 τε καὶ αἰδῶ ξύμπασαν, ἐμίγνυτο δὲ αὐτῷ τὰ μὲν πρῶτα ἐν πα-
 ραβύστῳ, τελευτῶσα δὲ καὶ οἰκετῶν καὶ θεραπευιδῶν παρόν-
 των. κάτοχος γὰρ ἤδη τῷ πόθῳ τούτῳ γεγεννημένη καὶ διαφα-
 νῶς ἐρωτόληπτος οὔσα οὐδὲν ἔτι τοῦ ἔργου κώλυμα ἔβλεπε. καὶ
 ποτε ὁ Βελισάριος ἐπ' αὐτοφώρῳ τὴν πρῆξιν λαβὼν ἐν Καρχη- 14
 P 4 δόνι ἐξηπάτητο πρὸς τῆς γυναικὸς ἐκὼν γε εἶναι. ὁ μὲν γὰρ
 ἄμφω ἐν δωματίῳ καταγείῳ εὐρῶν ἐμεμήνηι, ἥ δὲ οὔτε ἀποδει-
 λύσασα οὔτε καταδυσσαμένη τῷ ἔργῳ τούτῳ, Ἐνταῦθα, ἔφη, τῶν

1. Βελισαρίου] βελισαρίου A, quae ubique duplici σ utitur.
 3. ἔλουσε — νόμος] Suidas. s. v. ἔλουσε, τὸν δὲ Εὐνομιανῶν
 ἔλουσε B. τὸ θεῖον λουτρὸν, χερσὶ δὲ οὐκείαις ἀνελόμενος εἰσ-
 ποιητὸν ἐποίησατο παῖδα — νόμος. 8. εἰθ' ὕστερον ἐρασθεῖ-
 σα αὐτῆς ἐν παραβύστῳ Suidas s. v. ἐκτόπως. 9. ἐκτόπως]
 ἐκτόπως Pm inepte. *ibid.* γεγονυῖα] γενομένη Suidas s. v.
 κατακορῆς. 11. ἐμίγνυτο δὲ αὐτῷ] ἠράσθη αὐτοῦ Suidas s.
 v. ἐν παραβύστῳ. 13. τούτῳ] τούτου Suidas s. v. κάτοχος.
 15. Βελισάριος] Βελισάριος P hic et infra saepius. *ibid.* ἐπ'
 — ἐκὼν γε εἶναι] Suidas s. v. ἐπ' αὐτόπρῳ. 17. δωματίῳ]
 Vulgo δωματεῖο.

Adolescens nomine Theodosius, parentibus, qui cum Eunomianis sentirent, in Thracia natus, domi apud Belisarium versabatur: quem ipse iam iam in Africam transmissurus, divino lavacro lustratum suis exceperat manibus, et una cum uxore sua filium adoptaverat, quo Christiani more consueverunt liberos adsciscere. Ex eo Theodosium Antonina, quippe sacro ritu filium, amare, ut par erat, omnemque eius curam suscipere, dictoque audientem habere. Deinde vero ea navigatione in incredibilem adolescentis amorem incidit; quo penitus imbuta, omnem abiecit divinarum, humanarumque legum formidinem ac verecundiam. Cum eo principio quidem clanculum consuevit; denique inspectantibus etiam vernulis et ancillis; nam nihil suae libidini impedimento esse putavit, quando perditae amore capta, eo iam palam duceretur. Ipse Belisarius aliquando apud Carthaginem manifesto rem deprehendit, verum ab uxore delictus est non invitus. Nam ille subterraneo in cubiculo cum ambos una comperisset, pene furentis in modum commotus est. Antonina eam ob rem nec expavit, nec vitavit conspectum, sed, *huc, inquit, in*

λαφύρων τὰ τιμιώτατα σὺν τῷ μανίᾳ κρύψουσα ἤλθοι, ὡς μὴ
 ἰς βασιλεία ἔκρυπτα γένηται. ἡ μὲν οὖν ταῦτα σκηπτομένη εἶπεν,
 ὁ δὲ ἀναπεισθῆναι δόξας ἀφῆκε, καίπερ τῷ Θεοδοσίῳ ἐκλελυμέ-
 νον τὸν ἱμάντα ὀρῶν τὸν ἀμφὶ τὸ αἰδοῖα τὰς ἀναξυρίδας ξυ-
 5 δέοντα. ἔρωτι γὰρ τῆς ἀνθρώπου ἀναγκασθεὶς ἐβούλετό οἱ τὴν
 τῶν οἰκείων ὀφθαλμῶν θάνατον ὡς ἥμισυ ἀληθεύσθαι. τῆς δὲ
 μαχλοσύνης αἰεὶ προϋούσης ἐς κακὸν ἄφατον οἱ μὲν ἄλλοι θεώμα- B
 νοὶ τὰ κραττόμενα ἐν σιωπῇ εἶχον, δούλη δὲ τις Μακεδονία ὄνο-
 μα ἐν Συρακούσαις, ἥλικα Σικελίας ἐκράτησε Βελισάριος, δροκίς
 10 δεινότητος τὸν δεσπότην καταλαβοῦσα, μὴ ποτε αὐτὴν τῇ κερτη-
 μένῃ καταπροήσεται, πάντα αὐτῷ λόγον ἐξήνεγκε, δύο παιδά- A 4
 ρια πρὸς μαρτυρίαν παρασχομένη, οἷς δὴ τὰ ἀμφὶ τὸν κοιτῶνα
 ἔπηρετεῖν ἐκμιελὲς ἦν. ταῦτα μαθὼν Βελισάριος τῶν οἱ ἐπομέ-
 νων τινὲ τὸν Θεοδοσίον ἐκέλευσε διαχειρίσασθαι. ὁ δὲ προμα-
 15 θῶν εἰς Ἐφεσον φεύγει. τῶν γὰρ ἐπομένων οἱ πλεῖστοι τῷ ἀβε-
 βαίῳ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γνώμης ἡγμένοι ἀρέσκων τὴν γυναῖκα
 μᾶλλον ἐν σπουδῇ εἶχον ἢ τῷ ἀνδρὶ δοκεῖν εὐνοικῶς ἔχειν, οἱ γέ C
 καὶ τὰ σφίσι ἐπιχειρήματα τότε ἀμφ' αὐτῷ προὔδοσαν. Κωνσταν-
 τίνος δὲ Βελισάριον ὀρῶν περιώδυνον γεγονότα τοῖς ξυμπεσοῦσι,
 20 τὰ τε ἄλλα συνήγει καὶ τοῦτο ἐπεῖπεν ὡς Ἐγὼ γε θᾶσσον ἂν τὴν
 γυναῖκα ἢ τὸν νεανίαν κατειργασάμην. ὅπερ Ἀντωνίνα μαθοῦσα,
 κερχυμένως αὐτῷ ἐγαλέπαινε, ὅπως ἔγκοτα ἐνδείξεται τὸ εἰς

4. ξυνδέοντα] δέοντα Suidas s. v. ἀναξυρίδ.

14. διαχρήσα-

σθαι Maltretus.

20. Ἐγὼ γε] Vulgo ἐγὼ γε.

22. ἔγκοτα]

εἰκότως Pm. ἔγγιστα Vat.

*latebris pretiosissima quaeque spoliarum cum adolescentulo reconditura
 veni, ne qua istorum fama ad Caesarem perveniret. Isthaec illa quidem
 simulavit; hic autem rem et facile dissimulavit, et sibi persuaderi pas-
 sus est; licet Theodosio ligulam, quae circa pudenda subnectit femora-
 lia, solutam observasset. Nam mulieris victus benevolentia, maluit vera
 non esse credere, quae sibi oculorum etiam fide probarentur. Ita in
 dies gliscente iam incredibile malum lascivia, caeteri quidem silentio fla-
 gitium inspeccarunt, famula vero Macedonia nomine, post debellatam a
 Belisario Siciliam, Syracusis hero sanctissimi iurisiurandi fide primum
 obstricto, ne unquam Antoninae proderetur, totam ei fabulam detexit,
 datis praeterem testibus duobus a cubiculo famulis. Re comperta, Bel-
 sarius quibusdam ex stipatoribus suis necem imperat Theodosii; ille de-
 tectum insidii Ephesum aufugit. Nam assectatores ingenii Belisarii mo-
 bilitate inducti malebant uxori gratum facere quam videri benevolen-
 tiam mariti aucupari. Quamobrem iussa contra Theodosium eidem pro-
 didere. Constantinus hoc rerum casu vehementer Belisarii moerentis vi-
 cem condoluit, atque illud dicitavit: Ego mulieri citius interitum quam
 adolescenti parasse. Hoc audito Antonina, animo penitus abdito illi
 nocensit, ut eo gravius in eum acerbiter evomeret. Nam erat ad*

αὐτὸν ἔχθος. ἦν γὰρ σκορπιώδης τε καὶ ὀργὴν σκοτεινὴ. οὐ πολλῶ δὲ ὕστερον ἢ μαγγανύσασα ἢ θωπεύσασα πείθει τὸν ἄνδρα ὡς οὐχ ὑγιὲς τὸ κατηγορήμα τὸ ταύτης γένοιτο· καὶ ὡς Θεοδόσιον μὲν μελλήσει οὐδεμιᾷ μετεπέμψατο, Μακεδονίαν δὲ καὶ
 D τὰ παιδία τῇ γυναικὶ ἐκδοῦναι ὑπέστη. οὗς δὲ ἅπαντας πρῶτα 5
 τὰς γλώττας, ὥσπερ λέγουσιν, ἀποτιμοῦσα, εἶτα κατὰ βραχὺ κρεουργήσασα καὶ θυλακίοις ἐμβεβλημένη ἐς τὴν θάλατταν ὀκνήσει οὐδεμιᾷ ἔρριψε, τῶν τινος οἰκετῶν Εὐγενίου ὄνομα ὑπουργήσαντός οἱ ἐς ἅπαν τὸ ἄγος, ᾧ δὲ καὶ τὸ ἐς Σιλβέριον εἰργασται μίασμα. καὶ Κωνσταντῖνον δὲ οὐ πολλῶ ὕστερον Βελισά-
 10 ριος τῇ γυναικὶ ἀναπεισθεὶς κτείνει. τὰ γὰρ ἀμφὶ τῷ Πραισιδίῳ καὶ τοῖς Ξιφιδίοις τηλικαυδε ζυνηγέθη γενέσθαι ἅπερ μοι ἐν τοῖς
 A 5 ἔμπροσθεν λόγοις δεδήλωται. μέλλοντος γὰρ τοῦ ἀνθρώπου ἀφίεσθαι, οὐ πρότερον ἀνήκεν ἢ Ἀντωνίνα, ἕως αὐτὸν τοῦ λόγου
 P 5 ἐτίσατο, οὐπερ ἐγὼ ἀρτίως ἐμνήσθην. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔχθος 15
 μέγα περιεβάλλετο ὁ Βελισάριος ἔκ τε βασιλέως καὶ τῶν ἐν Ῥωμαίοις λογίμων ἀπάντων.

Ταῦτα μὲν οὖν τῆδε κεχώρηκε. Θεοδόσιος δὲ οὐκ ἔφη ἐς Ἰταλίαν ἀφίξεσθαι οἷός τε εἶναι, ἵνα δὴ τότε διατριβὴν εἶχον Βελισάριός τε καὶ Ἀντωνίνα, ἦν μὴ Φώτιος ἐκποδῶν γένηται. ὃ 20
 γὰρ Φώτιος πρόχειρος μὲν φύσει ἐς τὸ δάκνεσθαι ἦν, ἦν τις αὐ-

1. ἔχθος P et cod. Mediol. ἔχθος A. *ibid.* σκορπιώδης] Suidas s. v. σκορπιαίνεσθαι. 11. πραισιδίῳ A. 19. ἵνα δὴ] ἵνα ἤδη A.

indignationem tegendam et animi virus exerendum comparata. Non ita multo post aut veneficiis, aut blandis verborum illecebris falso in se conflata accusationem persuadet coniugi. Ille nihil moratus Theodosium accersit; Macedoniam vero famulam, ambosque pueros uxori se dediturum pollicetur; quos Antonina linguis, ut fertur, primum resectis, et membratim concisos, sacculis ad extremum inclusos in altum illico demergit. Fuit illi minister sceleris quidam ex famulis Eugenius nomine, qui et commissi contra ΣΙΛΒΕΡΙΟΥ piaculi satelles fuerat. Tandem Constantinum etiam suasu coniugis e medio sustulit Belisarius. Nam quae de siccis, Praesidioque prioribus libris narravimus, eo ferme tempore contigerunt. Ubi enim Constantinus iniuriarum in Belisarium et Praesidium erat absolvendus, non prius destitit Antonina quam eius vocis, cuius paulo ante meminimus, ab illo poenas exegisset. Quamobrem magnam Belisarius cum Imperatoris tum Romanorum procerum in se concitavit invidiam.

Theodosius in Italiam (ubi tum Belisarius et Antonina degebant) se minime venturum respondit, nisi Photius inde longius amandaretur. Nam ea erat natura Photius, ut valde aegro ferret animo, si quis apud aliquem videretur se esse potior. Igitur secundis Theodosii rebus con-

τῷ παρ' ὅτι οὐδὲν δύνηται μᾶλλον, ἐν μέντοι τοῖς ἀμφὶ Θεοδο-
 σίῳ καὶ δικαίως ἀποπνίγεσθαι οἱ ξυνέβαιεν, ὅτι δὴ αὐτὸς μὲν V 282
 καίπερ υἱὸς ὢν ἐν οὐδενὶ ἐγήγνετο λόγῳ, ὁ δὲ δυνάμει τε πολλῇ
 ἐχρητο καὶ χρήματα μεγάλα περιεβάλλετο. λέγουσι γὰρ αὐτὸν B
 εἰς Καρχηδόνας τε καὶ Ῥαβέννης ἐς ἑκατὸν κεντηνάρια ἔξ ἀμφοῶν
 παλατίῳν συλῆσαντα ἔχειν, ἐπεὶ καὶ μόνῳ κατ' ἔξουσίαν δια-
 χειρίσαι ταῦτα ξυνέβη. ἡ δὲ Ἀντωνίνα ἐπεὶ τὴν Θεοδοσίῳ γνῶ-
 μῃ ἴμαθεν, οὐ πρότερον ἀνῆκεν ἐπεδρεύουσά τε τὸν παῖδα καὶ
 φονίῳις τισὶν ἐπιβουλαῖς αὐτὸν μετιῶσα, ἕως καταπρόξασθαι
 10 ἴσχυσεν αὐτὸν μὲν ἐνθάδε ἀπαλλαγέντα ἐς Βυζάντιον ἐδῶ ἵναί,
 οὐκ εἰ φέρειν τὰς ἐνέδρας οἷόν τε ὄντα, τὸν δὲ Θεοδοσίῳ ἐς τὴν
 Ἰταλίαν παρ' αὐτὴν ἤκειν. οὐ δὴ κατακόρως τῆς τε τοῦ ἐρωμέ-
 που διατριβῆς καὶ τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἐθηθείας ἀποναμένη χρένη
 ὑστερον ξὺν ἀμφοῖν ἐς Βυζάντιον ἤκειν. ἐνθα δὲ Θεοδοσίῳ ἐδε- C
 15 δίσπειτο τὸ συνειδέσθαι καὶ ἔστρεφεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν. λήσειν
 γὰρ ἐς τὸ παντελὲς οὐδαμῇ ᾤετο, ἐπεὶ τὴν γυναῖκα ἐώρα ἐθέτει
 τὸ πάθος ἐγκρυφαῖζειν οἷαν τε οὖσαν, οὐδὲ κεκρυμμένως ἐξερω- A 6
 γῆται, ἀλλὰ διαρρηθὴν μοιχαλίδι εἶπαι τε καὶ ὀνομάζεσθαι ὡς
 ἦιστα ἀπαξιούσαν. διὸ δὴ αὐθις ἐς τὴν Ἐφεσον ἀφικόμενος καὶ
 20 ἀποθριξάμενος ἤμερ ἐθίσται ἐνέγραψεν εἰς τοὺς μοναχοὺς κα-
 λουμένους αὐτόν. τότε δὲ κατ' ἄκρας ἐμάτη καὶ τὴν ἐσθῆτα

1. δύνηται Alem. P. αὐτῇ δύνηται A. ἂν τι δύνηται Reiskius.
 2. ὅτι δὴ Alem. P. ὅτι δὲ A. 10. ἐνθάδε] ἐνθένδε Pm.
 13. ἀποναμένη] Vulgo ἀπωναμένη. 14. Θεοδοσίῳ A. Θεο-
 δόσιος P. 15. τὸ Alem. τῷ AP. 19. ἀπαξιούσαν Alem. P.
 ἐξιῶσαν A.

tabescere illi quidem non sine causa videbatur, cum, etsi filius, nullo haberetur loco; contra vero Theodosius multum polleret, ingentibusque afflueret opibus. Nam ea fama erat, ex aerariis Carthaginiis et Ravennae ad decem milia pondo auri eam depeculatam fuisse, cum sine collega, summaque autoritate eas illi pertractare pecunias obvencisset. Interea tum Antonina Theodosii percepit animum, non antea desit adversus filium ex insidiis agere, et arte pene parricidali eum circumvenire, donec obtinuit ut is excederet tot insidiis ferendis impar, Byzantiumque contenderet; Theodosius vero ad se in Italiam veniret, ubi et amantissimae consuetudinae, et conjugis familiaritate abunde iam oblectata, tandem utroque comite Byzantium appulit. Hic vero coepit Theodosius conscientia perterritus, et in diversas partes agitare consilium. Nam latere deum posse minime sibi persuadebat, cum feminam nequire amplius occultare libidinem cerneret, sed effracto iam aperte animo diffluere, nec ferre graviter publicam adulterii opinionem atque infamiam. Quamobrem Ephesum repetit, comaque, sicut fieri consuevit, detonsa, in albo nonachorum conscribi voluit. Tunc vero Antonina prorsus insanire, ve-

- ξὸν τῇ διαίτῃ ἐς τρόπον μεταβαλοῦσα τὸν πένθιμον περιῆει συ-
 χνά κατὰ τὴν οἰκίαν κωκύουσα, ὀλολογῆ τε κεχρομένη ὀλοφύρετο
 D οὐκ ἀπολειμμένου τάνδρως, ὅποιον αὐτῇ ἀγαθὸν ὀλώλει, ὡς
 πιστὸν, ὡς εὐχαριν, ὡς εὐνοϊκὸν, ὡς δραστήριον. τελευτῶσα
 δὲ καὶ τὸν ἄνδρα ἐς ταύτας δὴ ἐπαγαγομένη τὰς ὀλοφύσεις ἐκά- 5
 θισεν. ἔκαμε γοῦν ὁ ταλαίπωρος τὸν ποθεινὸν ἀνακαλῶν Θεο-
 δόσιον. ὕστερον καὶ ἐς βασιλεία ἐλθὼν, αὐτὸν τε καὶ τὴν βασι-
 λίδα ἱκετεύων, ἀνέπεισε Θεοδόσιον μεταπέμψασθαι, ἅτε ἀναγ-
 καίον αὐτῷ κατὰ τὴν οἰκίαν ὄντα τε καὶ ἐσόμενον. ἀλλὰ Θεο-
 δόσιος ἀπέειπε μηδαμῇ ἐνθένδε ἵναί, ὡς ἀσφαλέστατα ἐμπεδώ- 10
 σιν ἰσχυρισάμενος τὸ τῶν μοναχῶν ἐπιτήδευμα. ἦν δὲ ἄρα ὁ
 λόγος κατάπλωτος, ὅπως ἐπειδὴν τάχιστα Βελισάριος ἐκ Βυζαν-
 τίου ἀποδημοίῃ, αὐτὸς παρὰ τὴν Ἀντωνίναν ἀφίκεται λάθρα.
 ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο.
- P 6 β. Αὐτίκα Βελισάριος μὲν ὡς Χοσρόῃ πολεμήσων ξὸν 15
 τῷ Φωτίῳ ἐστέλλετο, Ἀντωνίνα δὲ αὐτοῦ ἔμεινεν, οὐκ εἰωθὸς
 αὐτῇ πρότερον τοῦτό γε. τοῦ γὰρ μὴ κατὰ μόνας τὸν ἄνθρω-
 πον καθιστάμενον ἐν αὐτῷ τε γενέσθαι καὶ τῶν ἐκείνης μαγγα-
 νευμάτων ὀλιγοροῦντα φρονῆσαι τι ἀμφ' αὐτῇ τῶν δεόντων,
 πανταχόσε τῆς γῆς ξὸν αὐτῷ στέλλεσθαι ἐπιμελὲς οἱ ἐγένετο. 20
 ὅπως δὲ καὶ αὐδὺς Θεοδοσίῳ παρὰ Ἀντωνίναν ἐσιτητὰ εἶη, Φώ-
 A 7 τιον ἐκποδῶν οἱ γενέσθαι ἐν βουλῇ ἐποιεῖτο. πείθει τοίνυν τῶν

8. οὐκ ἀπολειμμένον] οὐκ ἀπολειμμένη Reisk. *ibid.* αὐτῇ] αὐτῆ Reisk. 20. ἐγένετο] ἐγένετο Alem.

ste, victusque ratione prae se ferre moestitiam, identidem circumire domum lacrimans, eiulansque, illud lamentari marito etiamnum superstite, amissam viri optimi fidem, gratiam, benevolentiam, industriam; denique coniugem ipsum in easdem ita pertrahere lamentationes, ut impigre ille quidem elaboraret, quo adamas revocaretur Theodosius. Tandem Caesarem adit, et Augustam, a quibus ut ille accersatur simplex demum impetrat, quippe qui sibi non in praesentia solum, sed et in posterum domi futurus esset pernecessarius. At inde negat se abiturum Theodosius, affirmatque esse iam animo ad monachorum institutum penitus confirmato. Haec tamen ita simulavit, ut cum primum Byzantio discederet Belisarius, ipse clam (ut et factum est) Antoninam conveniret.

2. Interea cum Photio Belisarius adversus Chosroem mittitur in expeditionem; Antonina, praeter morem pristinum, Byzantii subsistit: summopere enim curavit Belisario se comitem adiungendam, quo ille omnique terrarum pergeret, verita ne ubi solus esset, ad mentem ipse rediret, suisque neglectis praestigiis, de se opportunum aliquod iniret consilium. Igitur Theodosio ut ad se veniendi omnis pateret aditus, Photium de medio tollere molitur, suadetque nonnullis ex Belisarii sti-

Βελισαρίῳ ἐπομένῳ τινὺς ἰρρασελεῖν τε αὐτὸν ἐς αἶμα καὶ προπη-
λαξίειν, οὐδένα ἀνέντας καιρὸν· αὐτὴ τε γράφουσα ἐς ἡμέ- B
ραν σχεδὸν τι ἐκάστην διέβαλλέ τε διηνεκές καὶ ἐπὶ τῷ παιδί πάν-
τα ἐκίνει. οἷς δὴ ὁ νεανίας ἀνωγκασθεὶς διαβόλως ἔγνω τῇ μη-
τρὶ χρῆσθαι, ἤκοντά τε τινα ἐκ Βυζαντίου, ὃς δὴ ἀπήγγελε Θεο-
δόσιον λάθρα ἔξην Ἀντωνίῃ διατριβὴν ἔχειν, παρὰ Βελισάριον
εὐθὺς εἰσάγει, φράζειν ἐπιστελλας τὸν πάντα λόγον. ἄπερ ἐπεὶ
ὁ Βελισάριος ἔγνω, ὃξὺ θυμωθεὶς ὑπερφυῶς παρὰ τοῦ Φωτίου
κόδας ἐπὶ στόμα πίπτει, καὶ αὐτοῦ ἐδάειτο τιμωρεῖν αὐτῷ πά-
10 σχοτι ἐφ' ὧν ἤκιστα χρῆν ἀνόσια ἔργα „ὦ παῖ“ λέγων „γλυ-
κίτατε, πατέρα μὲν τὸν σὸν ὅστις ποτὲ ἦν οὐδαμῇ οἶσθα, ἐπεὶ V 283
αὐτὸν ἐπὶ τιτθοῦ τρεφόμενον ἔτι καταλιπὼν ζυμετρῆσαι τὸν ἐυ- C
 15 μέχρι ἐς πορθμεῖα τὰ *Κιμμέρια* καὶ ποταμὸν *Τάναϊν*. τούτων V 470
 γὰρ δὴ ἔνεκα διαμάχονται πρὸς ἀλλήλους οἱ ταῦτα σοφοί, ἥπερ
 ἐν λόγοις μοι τοῖς ὑπὲρ τῶν πολέμων δεδήλωται περιηγουμένῳ τὸν
Ἐῷξινον καλούμενον πόντον. τὰ δὲ δὴ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ *Νεῖλου*
Λιβύη ἐκλήθη μέχρι ἐς ὠκεανὸν, ὅπερ ἐς δύοντά πον τὸν ἥλιον D
 20 ἐκατέραν ἠπειρον διορῶζει, ἐκροήν τε ἀφιείς τινα καὶ θάλασσαν
 τήνδε ποιούμενος. ἡ μὲν οὖν ἄλλῃ *Λιβύη* ξύμπασα ὀνόματα
 κατὰ χώραν ἐκάστην ἕτερα ἅττα διακεκλήρωται, ἐκ τῶν ἐκείνη
 ἐπιγενομένων, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐπικληθεῖσα. ἡ μέντοι ἐκ τῆς Ἀλε-
 25 ξανδρείας ὁρίων ἄχρι ἐς πόλιν *Κυρήνην* διήκουσα ἐπὶ *Πενταπό-*
λέως ἐστιν· ἐπὶ τούτου δὴ μόνου τοῦ ὀνόματος *Λιβύη* καὶ νῦν

vocant. Cum autem plebs seditionem ibi condire solita, se pariter ac frumentum male perderet, imp. Iustinianus locum hunc muro circumdedit, itaque vim a frumento prohibuit. Haec ibi ille. Age vero, quando nos in Aegyptum Africae conterminam iam duxit oratio, quae idem illic praestitit exponamus: siquidem totam Africam nactus barbaris subditam, reliquo Rom. imperio ipsam adiuaxit.

Fluvius Nilus ab Indis in Aegyptum decurrens, plagas illas ad mare usque bifariam secat. Terra amne divisa, duplici nomine discernitur. Ac pars quidem, quae est ad fluminis dexteram, Asia dicitur usque ad Phasin Colchidis fluvium, qui Asiam atque Europam dirimit; vel ad fretum Cimmerium flumenque Tanain. Nam id controversum est inter harum rerum peritos, prout in libris de bellis ostendi, cum ponti Buxini ambitum describerem. Partem vero, quae ad laevam est Nili, Africam vocant usque ad oceanum, qui in occidente utramque continentem distribit, infundens sese et hoc mare nostrum efficiens. Ac caetera quidem Africa in singulis regionibus alias quasdam appellationes ab advenis, ut verisimile est, desumptas sortita est. Ora autem, quae ab Alexandriae limite ad Cyrenen Pentapoleos urbem pertinet, unum hodie Libyae nomen retinet. Est hic urbs Taphosiris, Alexan-

ἐπιπέκληται. ἔνταῦθα πόλις ἐστὶν ἡμέρας ὀδῶ Ἀλεξανδρείας διέ-
χουσα, Ταφούρις ὄνομα, ἵνα δὴ ταφῆται τὸν τῶν Αἰγυπτίων
Θεὸν Ὅσιριν λέγουσιν. ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἄλλα τε πολλὰ καὶ τὰ
τῶν ἀρχόντων καταλυτήρια καὶ λουτρῶνας ἐδείματο Ἰουστινιανὸς
βασιλεὺς. 5

P 110

β'. Ταύτης δὲ τῆς Αἰβύτης ἔρημα μὲν τὰ πολλὰ τετύχη-
κεν εἶναι, ἀπημελημένα ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον. καὶ αὐτῆς δὲ προ-
εργηγορῶς ὁ καθ' ἡμᾶς βασιλεὺς προμηθεὶ γνώμη, ὡς μὴ τι αὐτῇ
παθεῖν ἔξ ἐπιδρομῆς πρὸς Μανρουσίων τῶν πλησιοχώρων ξυμ-
βαίῃ, ὀχυρώματά τε δύο καὶ φυλακτήρια κατεστήσατο, ὧν θά- 10
τερον μὲν Παρατόκιον ὀνομάζουσιν, Ἀντίπυργον δὲ τὸ ἕτερον ἐπι-
πέκληται, οὐ πόρρω Πενταπόλεως κείμενον. διέχει δὲ ἡ Πεντά-
πολις Ἀλεξανδρείας ὀδῶ ἡμερῶν εἴκοσιν ἐξῶν ἄνδρῶν. ἐν ταύτῃ
B δὲ τῇ Πενταπόλει καὶ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς Τεύχρειαν τὴν πόλιν
ἐρύματι ἐτειχίσαστο ἐχυρωτάτῳ. καὶ Βερνίκης τὸν περιβόλον ἐκ 15
θεμελίων ἀνφοδομήσατο τῶν ἐσχάτων. οὐδὲ δὴ καὶ βυλάνειον
πεποίηται, δημοσίᾳ παρεχόμενον τῇ πόλει τὴν χρεῖαν. ἀλλὰ κἂν
ταῖς Πενταπόλεως ἐσχατιαῖς, ἀπερ εἰσὶ τετραμμένοι πρὸς ἄνεμον
νότον, ὀχυρώματα ἐν δυοῖν μονύστηροισιν ἐξείργασται, ὁσπερ
Ἀγριολώδης τε καὶ Δινάρθιον ὀνόματά ἐστιν· ἄπερ ἐπιτειχίσμα- 20
τα κῆται τοῖς ταύτῃ βαρβάροις, τῷ μὴ καταθέντας ὡς λαθραϊώ-
τατα ἐπισκῆπτειν ἔξαπιναίως ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων.

Ἔστι δὲ τις ἔνταῦθα πόλις, Πτολεμαῖς ὄνομα, τὸ μὲν πα-
C λαῖον εὐδαίμων τε γεγενημένη καὶ πολυάνθρωπος, προϊόντος δὲ
τοῦ χρόνου ὑδάτος ἀπορία παλλῆ ἐς ὀλιγάνθρωπιαν ἀποκριθεῖσα. 25

dria diei unius itinere dissita, ubi Aegyptiorum deum Osirin sepultum perhi-
bent. In hac urbe cum alia multa Iustinianus Aug. tum domos, in quibus
magistratus diversarentur, balneasque aedificavit.

2. Magna pars Libyae deserta est: ac licet nullo fere unquam numero
habita fuerit, ei tamen provida mente prospiciens imperator noster, ne quid
detrimenti caperet ex Maurorum vicinorum incursibus, geminas arces cum
praesidiis statuit; quarum alteram Paratonium appellant, alteram Antipyr-
gum, haud procul Pentapoli sitam. Distat Pentapolis Alexandria tanto spa-
tio, quantum diebus xx. viator expeditus conficiat. In hac Pentapoli Iusti-
nianus Aug. urbem Teuchriam validissime munit, et moenia Berenices ab
imo fundamente reaedificavit: ibidem balneas ad publicos civitatis usus ex-
truxit. Quin et in extremis Pentapoleos finibus, qui ad austrum vergunt,
bina monasteria (Agriolodem ac Dinarthion vocant) firmavit munitionibus
adversus regionis illius barbaros, ne clam irrumpentes Romanum imperium
incursent de improviso.

Est hic urbs Ptolemais, beata quidem olim ac frequens, progrediente
vero tempore redacta ad infrequentiam magna aquae penuria. Civium enim

τῶν γὰρ οἰκητόρων ὁ πολὺς ὄμιλος δάψει ληθόμενοι πολλῶ ἔμπροσ-
 σθεν ἐνθένδε ἔξανασιάτες ἀπειχώρησαν ὅπη ἐκάστω δυνατὰ γέ-
 γονεν. ἀλλὰ νῦν ὁ βασιλεὺς αὐτὸς ἀνανειωσάμενος τὴν ὀχεταγω- H 53
 γίαν τῇ πόλει τὸ πρότερον αὐτῇ τῆς εὐδαιμονίας ἀπέδωκε σχῆμα.
 5 Πενταπόλεως δὲ πόλις ἐσχάτη ἐστὶ πρὸς δύοντά που τὸν ἥλιον,
 Βόριον ὄνομα. οὗ δὴ τὰ ὄρη συννευκότα τε πρὸς ἄλληλα, καὶ
 τῇ ἐνθένδε στενοχωρία ζυμπεφραγμένα, τῶν ἐπὶ τὴν χώραν εἰσβ-
 δων ἀποκεκλειῶσθαι τοὺς πολεμίους διασκευάζονται. ταύτην ὁ βα-
 σιλεὺς τὴν πόλιν ἀτείχιστον οὖσαν ἐρύματι ἐχρωωτάτω περιβαλὼν, D
 10 ἐν τῷ ἀσφαλεῖ τὸ λοιπὸν βεβαιότατα σὺν πάσῃ ἀμφ' αὐτὴν χώρῃ
 διεπράξατο εἶναι.

Πόλις δὲ πού εἰσι δύο ἐπ' ὀνόματος ἐνὸς ᾠκημένοι. Ἀθ-
 γίλα ἑκατέρω ἐκλήθη. αὗται τοῦ Βορίου διέχουσιν ὁδῶ τεττάρων
 ἡμερῶν μάλιστα εὐζώνῳ ἀνδρὶ, τετραμμένοι μὲν αὐτοῦ πρὸς ἄνε-
 15 μον νότον, ἀρχαῖαι δὲ οὖσαι καὶ τῶν οἰκητόρων ἀρχαιότροπα
 τὰ ἐπιτηδεύματα ἔχουσαι. Θρησκείαν γὰρ πάντες καὶ εἰς ἐμὲ τῆς
 πολυθείας ἐνόσουν. Ἐνταῦθα ἐκ παλαιοῦ τῷ τε Ἀμμῶνι καὶ Ἀλε-
 ξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι ἀνέκειτό ἔδη. οἷς δὴ ἐσφαγιάζοντο μέχρι P 111
 ἐς τὴν Ἰουστιανουῦ βασιλείαν οἱ ἐπιχώριοι. ἦν δὲ καὶ ὄμιλος
 20 αὐτοῖς τῶν ἱεροδούλων καλουμένων πολὺς. νῦν δὲ δὴ βασιλεὺς V 471
 οὗτος οὐχ ὅσον ἐς τὰ σώματα τοῖς κατηκόοις ἐκποριζόμενος τὴν
 ἀσφάλειαν, ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχὰς διασώσασθαι ἐν ἐπιμελείᾳ ποιού-
 μενος, καὶ τῶν ταύτῃ ἀνθρώπων κατὰ πάντα προὐνόησε τρόπον.
 τὰ τε γὰρ ἄλλα διαφερόντως αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι οὐδαμῇ ἀπη-
 25 ξίωσε καὶ τὴν εὐσεβείας ἐδίδαξε δόξαν Χριστιανοῦς πανοικεσίᾳ

quamplurimi iamdiu siti compulsi inde excesserant, seque receperant quo cui-
 qui licnerat. At nunc imperator noster, restaurato urbis aquaeductu, pristinam
 felicitatis faciem ei reddidit. Est Borium urbs ultima Pentapoleos ad
 occidentem: ubi montes ita coeunt, ut sibi invicem annuere videantur, et
 angustiis illis muniti, hostem aditu excludant. Urbem hanc, moenibus nudam,
 munimento cinxit firmissimo imperator, et cum omni circumiecta regione
 securissimam reddidit.

Due sunt urbes unius nominis: utramque enim appellant Augilam. Viro
 expedito quadridui fere hinc iter est ad Borium, ad cuius latus australe
 obversae sunt, antiquae ambae, eosque habentes incolae, qui priscis sacro-
 rum ritibus dediti fuerint. Nam omnes ad nostram aetatem superstitione la-
 borarunt, diis multis addicta. Vetusta hic erant templa, sacra Ammoni et
 Alexandro Macedoni, quos ad Iustiniani principatum indigenae victimis co-
 luerunt. Nec deerat ingens hominum grex, quos vocant hierodulos. Verum
 imperator hic noster non corporum modo incolumitatem afferens subdi-
 tis, sed animerum etiam salutem consulens, omni ope populo illi prospexit.
 Nam praeter caetera, quae liberaliter providit, mentes religione sancta adeo
 feliciter imbuit, ut a patriis institutis ad Christum omnes converterit: quibus

πεποιημένος καὶ μεταπορευόμενος λελυμασμένα σφίσι τὰ πάτρια ἦδη. οἷς δὴ καὶ νεῶν τῆς Θεοτόκου ἰδεύματα, φυλακτήριον ταῖς
 B πόλεσι τῆς τε σωτηρίας καὶ τῆς ἀμφὶ τῇ δόξῃ ἀληθείας ἐσόμενον. ταῦτα μὲν οὖν τῆδέ πη ἔσχε.

Βόριον δὲ ἡ πόλις Μαυρουσίοις γειτνιώσα βαρβάροις, φό-
 ρου ὑποτελῆς οὐ γεγνήται ἐς τόδε τοῦ χρόνου· οὐδέ τινες πώποτε
 δασμολόγοι ἢ φορολόγοι ἐς αὐτὴν ἴκοντο, ἔξ οὗ γεγόνασιν ἄν-
 θρωποι. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ὤκητο ἐκ παλαιοῦ αὐτῶν ἄγχιστα· οὗ
 δὴ καὶ νεῶς ἦν ἀρχαῖος αὐτοῖς, ὄνπερ ἐσέβοντό τε καὶ ἐτεθήπυσαν
 μάλιστα, δειμαμένου τοῦτο Σολομῶνος, ὡσπερ φασί, βασιλεύον-
 10 τος Ἑβραίων τοῦ ἔθνους. ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἅπαντας Ἰουστινια-
 νος βασιλεὺς μεταγνῶσαι τε τὰ πάτρια ἦδη, καὶ Χριστιανούς
 γεγονέναι διαπραξάμενος, τοῦτον δὴ τὸν νεῶν ἐς ἐκκλησίας με-
 θηρμόσατο σχῆμα.

C γ'. Μετὰ τούτους αἱ Σύρτιες εἰσὶν αἱ μεγάλαι ὠνομασμέ-
 ναι. ἐφ' οὗ δὲ εἰσι σχήματος αὐταί, καὶ ὅτου δὴ ἔνεκα τούτου
 μεταλαγχάνουσι τοῦ ὀνόματος, ἐγὼ δηλώσω. προβέβληται τις
 ἐνταῦθα ἡμίον· σχιζομένη δὲ αὐτὴ τῇ τῆς θαλάσσης ἐπιρροῇ, τῷ
 τε ῥοθίῳ ἀφανίζομένη, ἀποβαίνειν δοκεῖ, καὶ ἐφ' ἑαυτὴν ὑποχω-
 ροῦσα ὀπίσω ἵναι· ἐς κόλπον δὲ μηνοειδῆ ἐπὶ μακρότατον τέτρα-
 20 πται. καὶ ὁ μὲν ἀρχομένης πλευρᾶς διάπλους ἐς τετρακοσίους
 διήκει σταδίου· τοῦ δὲ μηνοειδοῦς τὸ περίμετρον ἐς ἡμερῶν ἔξ
 ὀδὸν κατατείνει. ταύτης γὰρ ἡ θάλασσα πεπυσμένη τῆς ἠπείρου
 ἐντὸς τὸν κόλπον ποιεῖται. ἐπειδὴν τε ναῦς ἀνέμῳ ἢ κλύδωνι
 D βιαζομένη τοῦ διάπλου ἐντὸς ὑπὲρ τοῦ μηνοειδοῦς τὴν ἀρχὴν γέ-
 25

7. δασμολόγοι] δασμαφόροι Tolo.

et deiparae templum aedificavit, praesidium salutis ac verae fidei futurum urbibus. Haec ibi ita se habuerunt.

Urbs vero Borium, Mauris barbaris vicina, ad hanc diem immunis fuit, neque ulli tributorum aut vectigalium exactores eo ivere post hominum memoriam. Iudaei, Boriensium veteres accolae, templum habebant antiquum; quod apud ipsos in honore erat summae admiratione, conditam, ut ferunt, a Salomone Hebraeorum rege. Illis quoque omnibus imp. Iustinianus ab avitis moribus ad Christianam religionem traductis, templum hoc in ecclesiae formam mutavit.

3. His ultiores sunt Syrtes magnae; quarum ego situm, originemque vocabuli explicabo. Praetentum ibi littus scinditur illapsu maris, fluctibusque adesum subducere se videtur, et introrsum recedendo refugere. Lunato arcu longissime obliquatur: qua incipiunt aperire se latera, traiectus stadia quadringenta patet: sinuosus autem recessus ambitu suo dierum sex iter colligit. Quippe sinum efficit mare, continenti hic interceptum. Si qua navis vento aut tempestate compulsa, in traiectu sinum semel intraverit, reverti

νηται, τὸ ἐνθένδε αὐτῇ ἐπανέσθαι ἀμήχανά ἐστιν, ἀλλὰ συρομένη τὸ λοιπὸν ἔοικε, καὶ διαφανῶς ἐπίπροσθιν αἰεὶ ἐλκομένη. καὶ ἀπ' αὐτοῦ, οἶμαι, οἱ πάλαι ἄνθρωποι τὸν χώρον τοῦ πάθους τῶν νεῶν ἕνεκα Σύρτις ἀνόμασαν. οὐ μὴν οὐδὲ διανεῦσαι τοῖς 5 πλοίοις ἄχρι ἐς τὴν ἡύνα δυνατὰ γέγνηται. πέτραι γὰρ ὑφαλοῖς διακεκληρωμένοι τὰ πλεῖστα τοῦ κόλπου πλώϊμα οὐ ξυγχοροῦσιν ἐνταῦθα εἶναι, ἀλλ' ἐν τοῖς βραχεῖσι τὰς ναῦς διαχρῶνται. μό- P 112 νοις δὲ τοῖς λέμβοις οἱ πλωτῆρες τούτων δὴ τῶν νηῶν οἷοί τε εἰσι διασωζέσθαι, ἂν οὕτω τύχοι, μετὰ κινδύνων τὰς διεξόδους ποι- 10 ούμενοι.

Τριπόλεως τῆδε τῆς καλουμένης τὰ δριῖά ἐστι. Μαυροῦ- σιοί τε βάρβαροι ἐνταῦθα οἰκοῦσι, Φοινικικὸν ἔθνος. οὗ δὴ καὶ πόλις ἐστὶ Κιδαμῆ ὄνομα. ἐνταῦθά τε Μαυροῦσιοι ὤκηται 15 Ῥωμαίων ἐσπονδοὶ ἐκ παλαιῶ ὄντες· ὅπερ ἅπαντες πεισθέντες Ἰουστινιανῶ βασιλεῖ, δόγματι τῶν Χριστιανῶν ἐθελούσιοι προσ- εχώρησαν. Πύκατοι δὲ οὗτοι τανῦν οἱ Μαυροῦσιοι ἐπικυλοῦνται, ἐπεὶ πρὸς Ῥωμαίους αἰεὶ σπονδὰς ἔχουσι. πάκεν γὰρ τὴν εἰρήνην τῇ Λατίνων καλοῦσι φωνῇ. Πενταπόλεως δὲ Τριπόλις ἡμερῶν διέχει ὁδῶ εἴκοσιν ἐνζώνῳ ἀνδρῶ. B

δ'. Πόλις ἐνθένδε ἡ Λεπτιμύγνα ἐκδέχεται, μεγάλη μὲν V 472 καὶ πολυάνθρωπος τὸ παλαιὸν οὖσα, ἔρημος δὲ χρόνῳ ὕστερον γεγενημένη ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, ψάμμον τε πλήθει τὰ πολλὰ τῶ ἀπημελῆσθαι καταχωσθεῖσα. καὶ ταύτης δὲ τὸν περίβολον ἐκ C τῶν θεμελίων ὁ καθ' ἡμᾶς ὤκοδομήσατο βασιλεὺς, οὐ τοσοῦτον

12. Φοινικικὸν Τόλοσ. Legebatur Φοινικόν.

nequit; sed iam tractae et manifesta vi abreptae similis, porro pergit. Ex quo tractarum navium infortunio factum arbitror, ut veteres locum hunc Syrtis appellaverint. Nec litus contingere maioribus navigiis licet: siquidem caeci scopuli, qui partem sinus maximam obtinent, non modo cursum impediunt, sed naves etiam male perdunt in brevibus: nec nisi lembis, si fors tulerit, expedire salutem possunt, qui in iis sunt navibus, non sine periculo transcentes.

Haec ora limitem habet Tripolitanum, incolasque Mauros barbaros, gentem a Phoenicibus oriundam: ubi urbs quoque est nomine Cidama. Hic habitant Mauri, iam inde olim Romanis coniuncti foedere: qui omnes Iustini Aug. impulsa fide Christianam sponte amplexi sunt. Et quia foedus cum Romanis iactum minime violant, *pacatos* hodie dicimus, a *pax*, quae Latina vox est, appellatione ducta. A Pentapoli ad Tripolim dierum xx. iter est viro expedito.

4. Sequitur Leptis magna, urbs olim ampla ac frequens, postmodum deserta fere penitus, et quia negligebatur, arenae vi late obruta. Huius muros imperator noster extruxit a fundamentis, non eo ambitu, quem prius ha-

μέντοι, ὅσος τὸ πρότερον ἦν, ἀλλὰ κατὰ πολὺ ἥσσονα· ὡς μὲν τῷ μεγέθει σφαλερὰ καὶ αὐθις ἢ πόλις εἶη, καὶ πολεμίοις μὲν ἀλωτῇ, ψάμμω δὲ πρόχειρος. νῦν δὲ δὴ τῆς πόλεως τὸ μὲν καταχωσθὲν ἐφ' οὐπερ ἦν σχήματος εἴσεν οὕτω δὴ ψάμμω ἐς λόφους συνειλεγμένη κεκαλυμμένην, τὴν τε λοιπὴν ἐτειχίστατο ἐν τῷ 5 τῆς οἰκοδομίας ἐχυρῶ μάλιστα. καὶ ἱερὸν μὲν ἀξιοθέατον τῆ Θεοτόκῃ τῆδε ἀνέθηκεν, ἐκκλησίας δὲ τέτταρας ἐδείματο ἄλλας. πρὸς δὲ καὶ ἀνωκοδομήσατο τὰ τῆδε γεγονότα ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις καὶ καταπεπτωκότα βασιλεια, Σεβήρον βασιλέως τοῦ παλαιοῦ ἔργον· ὅς δὴ ἐνθένδε ὀρμώμενος μνημεῖα τῆς εὐδαιμονίας τὰ βα- 10 σιλεια τὰδε ἀπέλιπεν.

D Ἀλλὰ γὰρ ἐνταῦθα γενόμενος τοῦ λόγου τὸ ξυνερχθὲν ἐπὶ
 Λεπτιμάρνας ἐν χρόνῳ τῷ καθ' ἡμᾶς ὡς ἤκιστα σιωπήσομαι.
 ἤδη μὲν Ἰουστινιανοῦ τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, οὕπω δὲ πύ-
 H 54 λεμον τὸν Βανδελικὸν ἀνηρημένου, Μανρούσιοι βάρβαροι, οἱ 15
 Λευκάθαι καλούμενοι, βιασάμενοι τοὺς Λιβύης τότε κυρίους
 Βανδύλους, ἔρημον ἀνθρώπων τὴν Λεπτιμάρναν παντάπασι κατε-
 στήσαντο. ἐν χώροις δὲ λοφώδεσι ξὺν τοῖς ἡγεμόσι διατριβήν
 τινα ἔχοντες Λεπτιμάρνης οὐ πολλῶ ἄποθεν, φλόγα πυρὸς ἕξα-
 πινάως ἐν μέσῃ τῆ πόλει τεθέσται. πολεμίους δὲ ὀποτοκήσαν- 20
 P 113 τες ἐνδήμους ἐνταῦθα γενέσθαι, ὀρόμω ἐπ' αὐτοὺς ἐβοήθουν
 πολλῶ. ἀνθρώπων δὲ οὐδένα εὐρόντες ἐπὶ τοὺς μάντις τὸ πρῶγμα
 ἦγον, οἱ δὴ τῷ ξυμβεβηκότι τεκμηριούμενοι τὴν Λεπτιμάρναν οὐκ
 εἰς μακρὰν οἰκισθήσεσθαι προὔλεγον. οὐ πολλῶ τε ὕστερον ἀφι-
 κόμενος ὁ τοῦ βασιλέως στρατὸς Λιβύην τε τὴν ἄλλην καὶ Τρίπο- 25

16. Λευκάθαι] λενάσθαι Tolos.

buerant, sed longe minori: ne urbs in discrimen amplitudine relaberetur, et cum hosti captu facilis tum arenae esset obnoxia. Ac partem quidem urbis sepultam, qualis erat, iacere sivit; ita ut sub arena in tumulos congesta etiamnum lateat: reliquam autem moenibus validissimis cinxit. Ibidem templum spectatu dignum deiparae posuit: ecclesias praeterea quatuor aedificavit. Restituit collapsum vetus palatium, opus Severi Aug. senioris: qui ibi natus regiam illam in monumentum felicitatis reliquerat.

Et quando huc me deduxit oratio, quod aetate nostra in urbe Lepti magna accidit, silentio non praetermittam. Iam quidem imperium Iustinianus, sed nondum bellum Vandalicum susceperat; cum Mauri barbari, Leucathae dicti, pulsus Vandalis tunc Africae dominis, Leptin magnam penitus desolarunt. Haud procul hinc, tumuloso in loco, cum ducibus commorantes, mediam urbem igni collucere vident. Mox rati ingressum hostem, cursu illuc contendunt: neminem nacti, rem deferunt ad divinos. Hi casu coniectura expenso, Leptin magnam brevi frequentatum iri praenuntiarunt. Neo multo post eo portatus imperatoris exercitus, Tripolim cum reliqua recepit

λιν ἔσχε, Βανδύλων τε καὶ Μαυρουσιῶν καθυπέρτερος τῷ πολέμῳ γεγενημένος. ἐγὼ δὲ ὄδεν τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποίησάμην ἐπάνειμι.

Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς καὶ λουτρῶνας ἐν δημοσίῳ πεποίηται, τὸν τε περίβολον τῆς πόλεως ἐκ θεμελιῶν τῶν ἐσχάτων ὑκοδομήσατο, καὶ τοῖς τε βαλανείοις τοῖς τε ἄλλοις πᾶσιν ἐς πόλεως αὐτὴν κατεστήσατο σχῆμα. τοὺς τε πλησιοχώρους αὐτῇ βαρβάρους, οἱ Γαδαβιτανοὶ ἐπικαλοῦνται, κατακόρως ἐς τόδε τοῦ χρόνου τὴν Ἑλληνικὴν καλουμένην ἀθῆταν δοξάζοντας, Β
10 Χριστιανὸς διεπράξατο γενέσθαι ταῦν προθυμῆ τῇ πάσῃ. ἀλλὰ καὶ Σαβαραθῶν ἐτειχίστατο πόλιν, οὗ δὴ καὶ λόγου ἀξίαν πολλοῦ ἐκκλησίαν ἰδέιματο.

Πόλις δὲ δύο αἰσι ταύτης ἐν ἐσχάτῳ τῆς χώρας, Τάκαπά τε καὶ Γίργις, ἣν δὴ κατὰ μέσον Σύρτις τὺς μικρὰς ξυμβαίνει
15 εἶναι. ἐνταῦθα γίνεται τι ἐς ἡμέραν ἐκάστην θαυμάσιον ἡλίκον. ἡ θάλασσα ἐν στενῷ θλιβομένη ἀπεργάζεται μνηροειδῆ κόλπον, ἥπερ γίνεσθαι κατὰ τὰς ἄλλας Σύρτις ἐρρήθη. ἀναβαίνει δὲ εἰς τὴν ἡπειρον πλείον ἢ ὁδῷ ἡμέρας εὐζώνῳ ἀνδρῶν, ἀμφὶ τε τὰ πρὸς ἐσπέραν ἐπάνεισιν αὐθις, ἐπιλαποῦσα ἐπὶ τοῦ ἕρκου τὴν ἡίονα
20 ταύτην κατὰ ταῦτα ταῖς ἄλλαις ἀκταῖς. οἱ τε ναῦται εἰς τὴν ἡπει- C
ρον ἀναγόμενοι θάλασσαν ἐπὶ καιροῦ γεγενημένην, τῆς μὲν ἡμέρας ὡς πορρωτάτω τὰ εἰωθότα ναυτῖλλονται, ἀμφὶ δὲ δειλὴν δὲ πάντως ὄψιν ὡς ἐν γῆ ἀυλισόμενοι συσκευάζονται, κοντοὺς τινὰς ἐν παρασκευῇ μακροὺς ἔχοντες. ἐπειδὴν τε τάχιστα τοῦ ῥοθίου αἰ-
25 σθωνται ὑπόπτως ἐς τὴν ἀναχώρησιν ἔχοντος, οἶδε τοὺς κοντοὺς

14. Γίργις Ptolem. 4, 3, p. 97.

Africa, Vandalis ac Mauris debellatis: ego vero illuc, unde sum digressus, revertor.

In hac urbe balneas fecit publicas Iustinianus Aug. et moenia ab imo fundamenta construxit: nec solum balneis, sed ornamentis etiam caeteris locum in speciem urbe dignam adduxit. Gadabitanos, finitimos barbaros, qui ad hanc aetatem Graecanicae impietati dediti fuerant, modo perpulit, ut toto animo sese Christo adingerent. Urbem Sabaratham muris circumdedit, nobilissimaque ecclesia ornavit.

In extrema hac regione urbes sunt geminae, Tacapa ac Girgis, quas Syrtis minor interiacet. Ibi mirabile quiddam quotidie videre est. Arctatum angustiis mare sinum lunatum efficit, qualem in Syrti altera fieri diximus. In terram autem effunditur ultra quam viator expeditus uno die procedat. Sub vesperam refluit, littus illud perinde ac caetera siccum relinquens. Provecti nautae in continentem, quae maris faciem ad tempus induit, de die longissime pro more navigant: appetente nocte, ad illam in terra transigendam se comparant, oblongis quibusdam contis instructi. Simul sentiunt mare ad reditum spectare et vergere, contis arreptis sine mora navi exiliunt: ac

ἔχοντες καὶ διαχειρίζοντες ἐκπεδάσαι ἐν ἐκνήσει οὐδεμιᾷ ἐκ τῆς
 τρώος. νηρόμετοι δὲ πρότερον, εἴτε ἐστήμασιν, ἤνικα ἂν σφίσι τὸ
 ὕδωρ οὐχ ὑπεραίροι τὰ πρόσωπα. ἔκ τε τῶν ἄκρων τοὺς κοντοὺς
 ἐπὶ τῆς γῆς προσουδίσαντες ἐν ξηρῷ ἤδη γεγενημένης ἢ ἰσομένης

V 473 αὐτίκα δὴ μῦλα, ὄρθουδς ἐστῶσιν, ὑποκεισομένους τῷ πλοῦν καὶ 5

D πτεωρίσοντας ἐκατέρωθεν, ὡς μὴ ἐπικλῖναν ἐπὶ θάτερα συντριβὲς
 γένηται. τῇ δὲ ὑστεραία ὄρθουδς βαθέος ἢ μὲν ἤπειρος μεταμ-
 φρασμένη τὴν θάλασσαν ἐκικυρτοῦται κυμαίνουσα, τὰ δὲ πλοῖα
 ἐπαιρόμενα πλεῖ. οἳ τε ναῦται περιελόντες ἐπακαιρώτατα τοὺς
 κοντοὺς ναυτῖλλονται αὐτίς. παράλαξιν τε οὐδεμίαν τοῦ ἔργου 1
 γενέσθαι, ἀλλ' ἐς ἡμέραν ἐκύστην ἢ τῶν στοιχείων διαδοχὴ ἐπι-
 γίνεται.

P 114 ε'. Μετὰ δὲ Τρίπολιν τε καὶ Σύρτις ἡμεῖς ἐπὶ Λιβύην
 τὴν ἄλλην ἴωμεν. ἀρκτέον δὲ ἡμῖν ἐκ Καρχηδόνας, ἢ μεγίστη τε
 καὶ ἀξιολογωτάτη τῶν τῆδε πόλεων τυχάνει οὐσα, τοσοῦτον πρό- 1
 τερον ὑπειποῦσιν, ὡς ἤνικα Γιζέριχός τε καὶ Βανδῖλοι Λιβύην
 ἔσχον, ἐνθύμημα ἐπιέγγονεν αὐτοῖς ἀξιόλεθρόν τε καὶ πρόπον
 βαρβάρους. ἄμεινον γὰρ ἐλογίσαντο σφίσι τὰ πράγματα ἔξεν
 ἀτειχίστων ὄντων τῶν τῆδε χωρίων, ὡς μὴ τι καταλαβόντες αὐτῶν
 Ῥωμαῖοι Βανδῖλους κακουργεῖν ἔχοιεν. ἅπαντα οὖν τὰ τελεῖν ἐς 2
 τὸ ἔδαφος καθεῖλον εὐθύς. βάρβαροι γὰρ ἅπαντες ἐκ τοῦ ἐπι-
 B πλείστον ἐπὶ πονηρῷ τῶν Ῥωμαίων βωλεύονται μὲν ὡς δέξονται,
 ἐπιτελοῦσι δὲ ὡς ταχύτατα, ὅσα ἂν αὐτοῖς δοκοῦντα εἶη. μόνον
 δὲ αὐτοῖς τό τε Καρχηδόνας καὶ ὀλίγα ἄττα ἐφ' οὔπερ ἦσαν στή-
 ματος ἔμειναν, ὧνπερ ἐπιμελεῖσθαι ἀπαξιοῦντες, διαφθορεῖν αὐτὰ 2
 τῷ χρόνῳ ἀφῆκαν. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς (ἀνδρώπων μὲν

primum quidem natant, dein vero consistunt pedibus, ubi vultum aqua non
 superat, et solo vel iam sicco vel mox siccando infixis contorum cuspidibus,
 ipsos erigunt, ut navigium his suppositis utraque suspensum extet, nec
 frangatur in partem alteram inclinando. Postridie, primo diluculo, terra
 mari induitur, ac tumidis inhorret fluctibus: tum elatae feruntur naves, et
 nautae refixis peropportune contis denuo navigant. Nec res variat: sed die-
 bus singulis contingit illa elementorum successio.

5. Post Tripolim et Syrtis ad reliquam pergamas Africam. Ducen-
 dum autem initium a Carthagine, urbium, quae in illis sunt partibus, maxima
 ac nobilissima; si modo unam praemonuero: Gizerico et Vandalis Africa
 potius cogitationem exitiabilem ac barbaris consentaneam incidisse. Res
 enim suas melius processuras rati, si moenibus spoliarentur munita loca; ne
 Romani, eorum copiam recepto negotium Vandalis facerent, muros omnes
 confestim aequarunt solo. Enimvero id plerisque barbaris commune est, ut
 consilia Romanis perniciose promptissime ineanat, et deliberata calidissime
 exequantur. Carthaginis moenibus aliisque nonnullis cum pepercissent, ea
 ipsa per incuriam aevo corrumpi siverant. At imp. Iustinianus, hortante

οὐδενὸς ζαινοῦντος, ἀλλὰ καὶ πεφροκότων τὸ ἔργον ἀπάντων, μόνου δὲ τοῦ Θεοῦ εἰσηγουμένου τε καὶ ξυλλαμβάνοντος) Βελισάριον τε καὶ στρατεύματα ἐπὶ Λιβύην πέμψας, Γελλιμερά τε καὶ δύναμιν τῶν Βανδύλων καθείλε, πολλοὺς μὲν κτείνας, τοὺς δὲ λοιποὺς δορυαλώτους πεπονημένους, ἥπερ μοι ἐν λόγοις τοῖς ὑπὲρ C τῶν πολέμων δεδύλωται. καὶ τὰ μὲν καθηρημένα τῶν ἐν Λιβύῃ ὄχρωμαίων ἀνελεύσατο ἅπαντα, ἕτερα δὲ παμπληθῆ ἐπετεγήσατο νεοχμώσας αὐτός.

Πρῶτα μὲν οὖν Καρχηδόνος, τῆς νῦν καὶ Ἰουστινιανῆς, ὡς 10 τὸ εἶδος, ἐπεμελήσατο, διερρηκτότα μὲν τὸν περίβολον ἀνοικοδομησάμενος ἅπαντα, καὶ τάφρον ἐν περιδρόμῳ διορύξας οὐ πρότερον οὕσαν. ἀνέθηκε δὲ καὶ ἱερὰ τεμένη, τῇ μὲν Θεοτόκῃ, ὅπερ ἐν παλατίῳ ἐστὶ, καὶ τοῦτου ἐκτὸς τῶν τινι ἐπιχωρίων ἁγίων, ἁγία Πρὶμη. ἔτι μέντοι καὶ στοὰς ἐκατέρωθε 15 τῆς Μαρτιτίμου ἀγορᾶς καλουμένης ἰδέματος, καὶ βαλανεῖον ἐν δημοσίῳ ἀξιοθέατον, ὅπερ ἐπωνύμως τῇ βασιλίδι Θεοδοριανᾶς ἐπωνόμασαν. ἰδέματος δὲ καὶ μοναστήριον τοῦ περιβόλου ἐντὸς ἐπιθαλασσιδίων, ἄγχιστα τοῦ λιμένος, ὅπερ Μανδράκιον ὀνομάζουσιν, ἐρύματι τε αὐτὸ ἐχυρωτάτῳ περιβαλὼν φρούριον ἀπαντα- H 55 20 γώνιστον ἀπειργάσατο.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ Καρχηδόνος τῆς νέας Ἰουστινιανῶ εἰργασται. ἐν δὲ χώρα τῇ ἀμφ' αὐτήν, ἣ Προκοπονσουλαρία ὠνόμασται, πόλις ἀτελήςτος ἦν Βαγὰ ὄνομα, μὴ ὅτι βαρβάρους ἐπιού- P 115 σιν, ἀλλὰ καὶ τύχῃ τινι περιοῦσιν ἄλωτῇ οὕσα. ταύτην ἐρύματι

23. Βαγὰ] βάνια Tolos.

nemise, immo omnibus incoeptum perhorrescentibus, unoque admodum auctore et adiutore deo, misso in Africam cum copiis Belisario, Gelimerem opesque Vandalicas fregit, ac multis caesis, caeteros captivos habuit, prout in historia bellorum narraui: nec dirutas modo munitiones Africae refecit, sed novas etiam complures excitavit.

Ac primum Carthagini, quam hodie Iustinianam iure meritoque appellant, curam impendens, muris, qui passim ruinam dederant, omnino reparatis, novam fossam circumdedit. Dei genitrici aedem posuit in palatio, itemque extra palatium alteram S. Primae, quae una est ex sanctis indigenis. Porticus ad utrumque latus fori, quod maritimum appellant, extruxit, publicasque balneas spectatu dignas, quas de Augustae nomine Theodorianas nuncuparunt. Monasterium quoque maritimum intra muros aedificavit ad portum, cui nomen Mandracium, ac tam valide muniit, ut castellum fecerit inexpugnabile.

Haec habet aedificia Iustiniani Carthago nova: in circumiecta autem regione, quae Proconsularis dicitur, erat urbs Baga moenibus nuda; ita ut eam barbari absque impressione ac forte in transitu capere possent. O Hanc

ἐχυρωτάτῳ περιβαλὼν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς πόλιν τε διεπράξατο καὶ τοὺς οἰκήτορας ἐν τῷ ἀσφαλεῖ διασώσασθαι ὕψαν τε εἶναι. οἱ δὴ τετυχηκότις τῆς χάριτος ἐς τὴν τῆς βασιλίδος τιμὴν Θεοδοριᾶδι καλοῦσι τὴν πόλιν. φρούριον δὲ ἠκοδομήσατο ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ, ὃ Τούκιμα καλοῦσιν.

- B** **V 474** ζ. Ἐν Βυζακίῳ δὲ πόλις, Ἀδράμυτος ὄνομα, ἐν τῇ παραλίᾳ οἰκεῖται, μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος ἐκ παλαιοῦ οὔσα, καὶ δι' αὐτὸ τὸ τῆς μητροπόλεως ὄνομά τε καὶ ἀξίωμα κληροσωμένη ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ, ἐπὶ πρώτην αὐτὴν μεγέθει τε καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ ξυμβαίνει εἶναι. ταύτης Βανδίλοι μὲν τὸν περίβολον ἐς ἔδαφος καθεῖλον, ὡς μή ποτε Ῥωμαῖοι αὐτῆς ἀντιλαβέσθαι δυνατοὶ εἴεν. Μαυρουσίους τε καταθέουσι τὰ ἐκείνη χωρία ἐν ἐπιτηδείῳ ἀπέκειτο. Ἄθρονες δὲ κατὰ ταύτην οἰκήτορες, ὅσα γε δυνατὰ τῆς σφῶν σωτηρίας ἐπιμελούμενοι, τὰ διετηρημένα τῶν τοίχων ἀποτριγχώσαντες, τὰς οἰκίας ἀλλήλαις ἐνήψαν· ἔξ ὧν δὴ **1**
- C** τοῖς ἐπιούσι διαμαχόμενοι ἐν τε τῷ σφαλερῷ τῆς ἐλπίδος καὶ τῷ ἐπικινδύνῳ ἤμύοντο. ἦν δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τριχὸς ἡ σωτηρία διηνεκὲς καὶ ἐπὶ θατέρου σκέλους ἐσιῶσα, πολεμουμένοις μὲν ὑπὸ τῶν Μαυρουσίων, ὑπὸ δὲ τῶν Βανδύλων ἀμελουμένοις. ἀλλ' ἦν ἴκα Λιβύης κύριος τῷ πολέμῳ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς γέγονε, τεῖχος **2**
- τε τῇ πόλει ἐμέγεθες ἄγαν περιβαλὼν καὶ φρουρὰν ἐνταῦθα στρατιωτῶν καταστησάμενος ἀξιόχρεων θαρσεῖν τε ὑπὲρ ἀσφαλείας τοὺς τῆδε ἠκνημένους πεποιήται ἀφροντιστῆσαι τε πολεμίων ἀπάντων. διὸ δὴ αὐτὴν καὶ Ἰουστινιανὴν καλοῦσι τανῦν, σώστρα **3**
- D** τῷ βασιλεῖ ταῦτα ἐκίνοντες, μὲν ἡ τοῦ ὀνόματος τῇ παρενθήκῃ **2**

Iustinianus Aug. optime communiendo, vere urbem effecit suis idoneam servandis civibus: qui tali affecti beneficio, in honorem Augustae urbem vocant Theodoriadem. In eo tractu castellum condidit, Tucca dictum.

6. In Bysacio urbs est maritima Adrumetus, antiquitus magna ac frequens, et in ea provincia nomen dignitatemque adepta metropoleos; quod caeteris et amplitudine et absoluta felicitate praestaret. Huius muros Vandali funditus verterant, ut a Romanis nunquam retineri posset: eratque Maurorum incursibus exposita. Qui eam incolebant Afri, salutis suae pro virili parte consulentes, obseptis aedium parietibus, qua erant pervii, inter se domos continuaverant: unde aggressoribus repugnantes, cum spe dubia ac periculo se tuebantur. Eorum certe salus in pila tenui semper posita erat, nec nisi altero, ut dicitur, stabat crure, cum ipsos Mauri armis appeterent, Vandali nulla omnino cura ac providentia dignarentur. Verum Iustinianus Augustus postquam bello Africam in ditionem suam subiunxit, urbe muris maximis cincta ac iusto instructa praesidio, cives ab hostium quorumvis metu in securitatis fiduciam vindicavit. Quapropter et hanc etiam urbem hodie vocant Iustinianam, servatori principi solventes eiusmodi praemia, solaque nominis impositione gratum animum significantes: quippe nihil aliud,

τὴν ἀγκυρωσύνην ἐπιδεικνόμενοι, ἐπεὶ ἄλλο οὐδὲν ὄτω ἂν καὶ βασιλείῳ τὴν ἀγαθοεργίαν ἀμείβοιντο οὔτε αὐτοὶ εἶχον οὔτε οὗτος ἐβούλετο.

Ἦν δέ τι καὶ ἄλλο ἐν τῇ τοῦ Βυζακίου παραλίᾳ χωρίον, ὅπερ ἐκάλουν Καποῦδβαδα οἱ ἐπιχώριοι. ἐνταῦθα καταπλεύσας τὰ πρῶτα ὁ τοῦ βασιλείου στόλος Λιβύων τῆς γῆς ἐπεβάτηεν, ἦνκα ἐπὶ Γελμέρα τε καὶ Βανθίλους ἐστράτευεν. οὗ δὴ καὶ τὸ Φαυμάσιον ἐκαίνο καὶ λόγου κρεῖσσον ἐς τὸν βασιλέα ἐπιδέδεικται ὁ Θεὸς δῶρημα, ὅπερ μοι ἐκ τοῖς ὑπὲρ τῶν πολέμων δεδήλωται P 116
 ὁ λόγος. ἀνδρῶν γὰρ τοῦ χωρίου τὰ μάλιστα ὄντος, ὕδατός τε ἀπερίε πολλῇ πιεζομένου τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, ἣ γῆ, πρότερον ἐπὶ ξηροῦ βεβαιότατα οὔσα, πηγὴν ἀνήκεν, οὗ δὴ τὸ χαράκωμα οἱ στρατιῶται ἐργάζοντο. οἱ μὲν γὰρ ὤρουσον, ἣ δὲ ἀνεβλύστανεν. ἣ τε γῆ ἀσχηδὸν ἀποβαλοῦσα τὸν ἐπιχώριον καὶ μεθυρ-
 μωσαμένη τὴν αὐτῆς φύσιν ὕδατα ποτίμω ὑγρὰ ἐγεγόνει. ταύτη τε τὸ λοιπὸν ἐν ἐπιτηδείῳ στρατοπεδεύσαντες τε καὶ αὐλισάμενοι, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ὡς ἐς τὴν μάχην συσκευασάμενοι, ἵνα τὰ ἐν μέσῳ B
 συντέμω, Λιβύων ἔσχον. μαρτυρῶν τοίνυν διηγεῖται τὸ τοῦ Θεοῦ δῶρον πιστούμενος Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς, ᾧ δὴ βουλομένῳ τὰ
 ἀμυχανώτατα ἔσκαλα γίνεται, ἐς πόλιν αὐτίκα μεταβιβάσαι τὸ χωρίον τοῦτο βεβούλευται, τείχει μὲν ἐρυμνήκ, τῇ δὲ ἄλλῃ κατα-
 σκευῇ ἐς πόλειος ἔσκειν ὑπογεγραμμένην εὐδαίμονος, καὶ γέγονεν ἔργον τὸ τοῦ βασιλείου ἐνθύμημα. τείχος τε γὰρ ἀποτετέρενται καὶ πόλις, καὶ ἀγροῦ τέχῃ ἑξακινάως ἀμείβεται. οἱ τε ἄγροικοι
 τὴν ἐχέτην ἀπορρηψάμενοι πολιτικῶς βιοτεύουσιν, οὐκ ἄγροικον

quo imperatoris beneficentiam remunerarentur, neque habent ipsi, neque ille exoptat.

In littore Byzaceno locus erat, dictus indigenis Caputvada. Eo primum appulsa classis imperatoris, invasit Africam, suscepta adversus Gelimrem Vandalosque expeditione. Ibidem suam erga Augustum benignitatem deus ostendit mirabili illo nec satis unquam laudando munere, de quo egi in bellorum historia. Cum enim locus esset peraridus, Romanusque exercitus summa aquae penuria premeretur, terra ad eam diem sicciatissima emisit fontem, ubi milites vallum ducebant. His enim fodientibus, erupit ille, ac tellus nativum aqualorem exiit, et, mutata natura, dulci aqua permaduit. Itaque tum castra commode metati, ibi noctem egerunt, postridie discesserunt ad pugnam praecincti, atque (ut ea quae intercessere praecidam) Africam receperunt. Ergo Iustinianus Augustus, cuius voluntati expedita sunt quae maximam habent difficultatem, ut monumento mansuro fidem faceret divini muneris, protinus illic urbem condere statuit, quam et moenibus validam, et rebus omnibus, quae splendorem dant civitati, instructam delineavit. In opus exiit imperatoris consilium: urbs cum muris aedificatur: repente mutatur agri fortuna: coloni, abiecta sive, civiliter vivunt, nec iam rustica instituta, sed

δίαιταν ἔτι, ἀλλ' ἀστείαν διαχειρίζοντες. ἐπεὶ καὶ ἀγοράζουσιν
 C ἐνταῦθα δεημερεύοντες, καὶ ὑπὲρ τῶν σφίσιν ἀναγκαίων ἐκκλησιάζουσι, καὶ ἀγορὰν ἀλλήλοις συμβάλλουσι, τᾶλλα τε ἕπαντα πράσσουσιν ὅσα δὴ ἐς πόλεως ἀξίωμα ἔχει.

V 475 Ταῦτα μὲν ἐν Βυζακίῳ τῷ ἐπιθυλασσίῳ πεποιήται. κατὰ 5
 δὲ τὴν μεσόγειον ἐς τῆς χώρας τὰ ἔσχατα, ἵνα δὴ αὐτὴν βάρβαροι προσοικοῦσι Μαυρούσιοι, ἐπιτειχίσματα κατ' αὐτῶν πεποιήται δυνατώτατα, ἔξ ὧν δὴ οὐκέτι οἶοι τέ εἰσι καταθεῖν τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. πόλεις τε γὰρ τὰς ἐνταῦθα οὐσας ἐν ἔσχατιᾷ τῆς
 D χώρας ἐκίστη τέλεισιν ἔχυροῖς ἄγαν περιβαλὼν, αἷς αἱ προσηγο-
 ρίαι Μάμμησ τε καὶ Τελεπτή, Κούλουλις, καὶ φρούριον τειχισάμενος, ὅπερ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι Αἰμετέρα, ἐγγεγῶσ ἐνταῦθα φρουροὺς στρατιωτῶν κατεστήσατο.

ζ'. Τρόπῳ δὲ τῷ αὐτῷ Νομιδίῳ τῇ χώρῃ τειχίσμασι τε
 καὶ στρατιωτῶν φυλακτηρίοις τὴν ἀσφάλειαν προσεποίησεν, ὧν 1
 P 117 περ ἕκαστα ἐρῶν ἔρχομαι. ὄρος ἐστὶν ἐν Νομιδίᾳ, ὅπερ Αὐράσιον ἐπικέκληται, οἷον δὴ γῆς τῆς οἰκουμένης ἐτέρωθεν ὡς ἤκιστα
 ζυμβαίνει εἶναι. τοῦτο γὰρ τὸ ὄρος οὐρανόμηκες μὲν ἐν τῷ ἀποτόμῳ ἀνέχει, ἐς περιμέτρον δὲ ἡμερῶν διήκει μάλιστα ὁδῷ τριῶν. καὶ προσιόντι μὲν ἀπρόσβατόν ἐστιν, ἀνάβασιν οὐδεμίαν ὅτι μὴ 2
 ἐν ἀποκρήμνῳ ἔχον. ἄνω δὲ γενομένῳ γεώδης τε ἡ χώρα καὶ ὀμαλῆ τὰ πεδία καὶ ὁδοὶ προσηγεῖς, λειμῶνες εὐνομοὶ, παράδεισοι κατὰφυτοὶ δένδροις, ἀρώματα πάντα. καὶ πηγαὶ μὲν ἀποβλύζουσαι τῶν τῆδε σκοπέλων, γαληνὰ δὲ τὰ ὕδατα, καὶ ποταμοὶ
 πλήθει ῥοθίου ἐπικυρτούμενοι, καὶ τὸ δὴ πάντων παραδοξότα- 3
 τον, τὰ τε λῆια καὶ τὰ δένδρα ἐν τούτῳ τῷ ὄρει διπλάσιον μεγέ-

urbana sectantur. Siquidem ibi forum obeunt quotidie; de rebus sibi necessariis deliberant in conventibus; nundinas habent; nihil denique, quod ad urbis dignitatem spectet, omittunt.

Ea quidem in ora Byzacii maritima fecit: in partibus vero mediterraneis, ad provinciae fines, ubi ipsam Mauri barbari accolunt, propugnacula illis opposuit validissima: quo fit ut Rom. imperium incursare amplius nequeant. Cum enim urbes limitaneas, Mammam, Telepten et Cululim firmissimis cinctisset moenibus, castrumque, quod Aumetera vocant indigenae, munisset, fida illic praesidia collocavit.

7. Similiter Numidiam muris militaribusque praesidiis securam reddidit: ad singula venio. Est in Numidia mons Aurasius, cui parem nullum habet orbis terrarum. Abruptus enim surgit altissimo, ac tridui fere iter ambitu colligit. Primo aditu difficillimus, nusquam ascensum nisi in praecipiti offert. In vertice terrenum est solum, plani campi, viae faciles, prata uberrima, horti arboribus consiti, aromata cuiusque generis, manantes rupibus fontes, aquae placidae fluvii undarum copia tumidi, et, quod maxime mireris, fruges atque arborum fructus tanto altero maiores sunt in hoc monte,

Θους περί τὸν καρπὸν φέρουσιν ἢ ἐν Λιβύῃ τῇ ἄλλῃ πέφυκε γί- B
νεσθαι. τὰ μὲν οὖν ὄρους τοῦ Αὐρασίον ταύτη πη ἔχει. Βαν-
δῖλοι δὲ αὐτὸ κατ' ἀρχὰς εἶχον, οὓς δὴ Μαυρούσιοι ἀφελόμενοι
τῆδε ἰδρύσαντο. Μαυρουσίους δὲ ἐξελάσας ἐνθ' ἔνδε Ἰουστινιανὸς
5 βασιλεὺς, τῇ ἄλλῃ προσηποίησε Ῥωμαίων ἀρχῇ. προνοήσας τε
ὡς μὴ καὶ αὐθις οἱ βάρβαροι κακουργοῖεν ἐνταῦθα ἰόντες, πόλεις
μὲν ἀμφὶ τὸ ὄρος ἐρήμους τε καὶ ἀπειχίστους τὸ παράπαν εὐρῶν
ἔτειχίσαστο, ἔτι μάλιστα καὶ φρούρια δύο, φυλακτήρια δὲ στρα-
τιωτῶν διαρκῆ ἐνταῦθα καταστησάμενος, οὐδεμίαν τοῖς ἐκείνη
10 βαρβάροις ἐλλείδα τῆς ἐπὶ τὸ Αὐράσιον ἐπιβουλής ἀπελείπετο.
ἐν δὲ πόλει ταῖς ἐπὶ Νομιδίας τῆς ἄλλης κειμένους ἀνανταγώ- H 56
νιστα ἐρῶματα καταστήσαστο. ταῦτα μὲν ὧδέ πη ἔσχε. C

Πόλις δὲ ποῦ ἐστὶν ἐν τῇ νήσῳ Σαρδοῖ, ἢ νῦν Σαρδινία
καλεῖται. Τραϊανοῦ φρούριον αὐτὴν καλοῦσι Ῥωμαῖοι. ταύ-
15 τὴν τευχῆρη πεποίηται Ἰουστινιανὸς, οὐ πρότερον οὔσαν.

Ἐν δὲ Γαδίροις, κατὰ θάτερα τῶν Ἡρακλέους στηλῶν,
ἐν δεξιᾷ κατὰ τὴν Λιβύης ἀκτὴν φρούριον ἦν ποτε Σεπτὸν ὄνομα,
ὅπερ ἐδείμαντο μὲν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ῥωμαῖοι, Βανδῖλων δὲ
οὐκ ἐπιμελουμένων καθεῖλεν ὁ χρόνος. ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς βασιλεὺς
20 Ἰουστινιανὸς τέλει μὲν ἱερυμνὸν, φυλακτηρίῳ δὲ ἰσχυρὸν καταστή-
σαστο. οὗ δὴ καὶ νεῶν ἀξιοθέατον τῇ θεοτόκιῳ ἀνέθηκεν, ἀνα-
ψάμενος μὲν ἐπ' αὐτῆς τὰ τῆς πολιτείας προοίμια, παντὶ δὲ ἀν- D
θρώπων τῷ γένει ταύτη ἄμαχον τὸ φρούριον τοῦτο ποιούμενος.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοιαῦτά ἐστιν. ἀμφιλεκτον δὲ οὐδενὶ γέ- V 476
25 γονεν, ἀλλ' ἔνδηλον ἀνθρώποις διαφανῶς πᾶσιν, ὡς ἐκ τῶν ἐψών

14. φρούριον] φόρον Pm.

quam in reliqua Africa nasci soleant. Haec est natura montis Aurasii: quem cum Vandali ipso sui dominatus initio occupassent, Mauri illis ereptum incoluerunt: donec Iustinianus Aug. Mauris inde exactis, Romano eum imperio adiecit, ac providens ne denovo infesti illuc subirent barbari, urbes, quas circum montem desertas ac plane immunitas reperit, moenibus cinxit. Praeterea castellis ibi geminis iusto cum praesidio positis, nullam vicinis barbaris spem reliquit invadendi Aurasii. Urbes in reliqua Numidia sitas firmissime communivit. Haec ibi.

In insula autem Sardo, dicta hodie Sardinia, urbs est, cui nomen apud Romanos Trajani castrum. Hanc muris circumdedit, cum esset nuda.

Apud Gades, ad alteram Herculis columnam, a dextera, in Africa litore castellum, Septa nomine, fuerat: quod a Romanis olim extractum, cum esset neglectui Vandalis, corruebat vetustate. Hoc imp. noster Iustinianus muro optimo validoque praesidio muniit. Spectandum ibidem templum deiparae posuit, ac primam ipsi dicans consecransque oram imperii, castellum hoc universo hominum generi inexpugnabile reddidit.

Quae cum ita sint, nulla iam relicta ambiguitate, omnibus patet, ab ex-

δρίων ἄχρι ἐς δύοντά που τὸν ἥλιον, ἀ δὴ πέρατά ἐστι τῆς Ῥω-
μαίων ἀρχῆς, οὐκ ἐρύμασι μόνοις, ἀλλὰ καὶ στρατιωτῶν φυλακ-
τηρίοις Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς τὴν πολιτείαν ἐκρατόνατο. ὅσα
μὲν οὖν τῶν Ἰουστινιανοῦ οἰκοδομημάτων μαθεῖν ἴσχυσα ἢ αὐτό-
πτης γεγενημένος ἢ τῶν θεασαμένων αὐτήκοος, ὅση δύναμις τῷ 5
λόγῳ ἐπῆλθον. ἐξεπίσταμαι δὲ ὡς πολλὰ με καὶ ἄλλα παρῆλθεν
εἰπεῖν ἢ ὄχλῳ λαθόντα ἢ παντάπασιν ἄγνωστα μέναντα. ἄσπε
P 118 ὅτω διὰ σπουδῆς ἔσται διερευνησασθαι τε ἅπαντα καὶ τῷ λόγῳ
ἐνθεῖναι, προσέσται αὐτῷ τὰ δέοντα πεποιημένοι καὶ φιλοκάλου
κλέος ἀπενεγκεῖν.

10

ortivo limite ad solem usque occidentem, quae extrema sunt ditionis Roma-
nae, Justinianum Augustum non solum munitionibus, sed militaribus etiam
praesidiis imperium confirmasse. Ego vero quaecumque ab illo aedificata
accipere potui, vel oculis ipse meis, vel eorum relatu, qui viderant, literis
pro virili parte sum persecutus. Id tamen apprime scio, me multa praeter-
misisse, sive magno abdita numero, sive prorsus incognita. Quare si quis
eo studium conferet, ut scrutetur omnia ac scriptis inserat, is certe cum
recte facti conscientia gaudebit, tum cultae honestatis gloriam conse-
quetur.

NICOLAI ALEMANNI
IN
HISTORIAM ARCANAM
PROCOPII
NOTAE HISTORICAE.

δοτα consueverant Autores praenotare schedis librorum, de quibus aetatem suam celare volebant. Romanam historiam, quam Cicero lucubrabit, et Q. Rufius Calenus apud Dionem libro 46 deridet in senatu *Ἀνέκδοτα* saepe ipse nominat, lib. 2 epist. 6 et lib. 14 epist. 17 ad Atticum: quod eam (in qua Senatorum, Nobiliumve aequalium res gestas, mores, vitamque carperet) non aliis, sed sibi, Pomponioque suo, et posteritati scribebat. *Itaque, ait, ἀνέκδοτα a nobis, quae tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam asperiore μυθο, pangentur.* Nam Theopompus Chius homo *πολυπράγμων, nimium alienarum rerum curiosus*, multorum aequalium vitam in historia sagillavit, quam ut edidit, aliorum invidiam collegit, et Ptolemaei Aegyptiorum regis, a quo prope fuit, ut interiret; sicuti Photius est autor. In fronte huius libri *Ἀνέκδοτα* praescripsimus ex Suida, et ita praenotatum codicem Ioannis Vincentii Pinelli, qui viderant Petrus Pitheus, et Guidus Pancirolus, affirmant; nam uterque codex Vaticanus et scriptoris, et operis titulo omnino destitutus erat; quam notam olim, eodem teste Suida, praetulisse hanc historiam credimus, ab ipso fortasse Procopio inditam, ut suae Tullius eandem indiderat, quandiu scilicet olim alius erat et in arca recondita; nam alioqui historiarum Procopii liber nonus hic inscribendus est, quippe qui illos ordine sequatur, ut ex primis statim verbis liquet. Nicephorus Callisti l. 17 c. 10. *Ἀντιφύησιν* hoc opus appellat, *quasi retractatio sit earum*, ut ait, *orationum, quas apud Iustinianum laudibus eum vehens habuit, et quaedam palinodia, seu recantatio minus recte ab eo dictorum.* Nimirum indicat, hunc se minime librum vidisse Nicephorus, ut in iudicio de hoc opere lectorem praemonuimus.

P. 14, 1. *Adolescens nomine Theodosius*] Ad ea quae de Theodosio minute narrat Procopius, adde; ab Epiphanio patriarcha Constantinopolitano sacro statim ablutum lavacro (cuius hic mentio est) iussum conscendere praetorianam Belisarii navem, ut fausto omine Byzantio solveret classis, quam ille ducebat in Africam. Procop. l. 1 bell. Vand. *Ἐνταῦθα Ἐπιφάνιος ὁ τῆς πόλεως ἀρχιερεὺς ἀφικόμενος, εὐχάμενός τε ὅσα εἰκὸς ἦν τῶν τινὰ στρατιωτῶν ἀρτι βεβαπτισμένον, καὶ τοῦ χριστιανῶν ὀνόματος μεταλαχόντα εἰς τὴν ναῦν εἰσεβίβασε.* *Huc Epiphanius urbis antistes venit, fusisque, ut par erat, ad deum precibus, militem, qui nuper in baptismo nomen Christo dederat, in navem immisit.* Idem Theodosius domus Belisarii magister alibi a Procopio vocatur, cuius industria cum in Africa, tum in Italia usus est Belisarius, ut ad Vitigem pro rebus gravissimis mitteret; et, *ἄλλους καὶ Θεοδοσίον τὸν τῆ οἰκίᾳ αὐτοῦ ἐπεστώτα, αἰὶς ἐτ Θεοδοσίον suae domus praefectum.* Procop. l. 2 bell. Gotth.

P. 14, 4. *Quo Christianam more consueverunt filios adsciscere*] Hoc est inter sacras Baptismi ceremonias. Sanctus Nicephorus

in histor. Σκήπτρα δὲ Ἡράκλειος τῷ θεῷ λουτρῷ τὸν υἱὸν καθάρσει, υἱοθετεῖσθαι δὲ αὐτὸν ὑπὸ Κρίσπου. *Heraclius cum filium suum divino lavacro abluere, et Crispo adoptandum dare velle se simulasset.* Leonis imperatoris tempore hic adoptandorum ritus filiorum obsoleverat, quare novella 24 liberorum adoptiones factas ἀνευ τελετῆς καὶ ἱερῶν ᾠδῶν; sine ceremoniis, et sacrae regenerationis ritu reprehendit, et omnino prohibet.

P. 14, 5. *Antonina*] Fuit imperatricis Theodoraе Ζωστή, a veste, dignitate patricia; ex viro, cui ante Belisarium nupserat, plures suscepit liberos; in his Photium, de quo infra dicetur; et filiam, quam Idigeri tradidit in matrimonium. Ex Belisario unam habuit Ioanninam Anastasio Theodoraе Augustae nepoti desponsam. Mulier solertissima, et ut Procopius loquitur, *ἰκνωτάτη ἀνθρώπων ἀπάντων μηχανᾶσθαι τὰ ἀμήχανα, ad impli-* P 91
cata negotia explicanda, expediendaque omnium mortalium aptissima. Belisarii coniugis ad quodcumque bellum proficiscentis semper lateri adhaesit. Eidem in Italia rem male gerenti auxilia maiora ab Caesare impetrata Byzantium venit. Ioanni Cappadoci exconsuli, praetorilique praefecto in gratiam Theodoraе callide struxit insidias. In Africana navigatione, aquam, quae Romanae classi computruerat, vitreis amphoris arena connectis sola integram servavit. Belisario coniugi superfuit ad Iustinum secundum imperatorem; iamque exacta aetate, suasu Vigilantiae Iustiniani Augusti sororis, templum sancti Procopii post conflagrationem, Byzantii restauravit. *Ἀντωνίνα Βελισσαρίου τοῦ πατρικίου γυνή, ἣτις ζωστή ἦν Θεοδώρας τῆς γυναικὸς Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου, μετὰ τὸ χηρεῦσαι αὐτὴν παύει μετὰ Βυζαντίας καὶ συναινέσει αὐτῆς ἀνήγειρε τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Προκοπίου τὸν* V 342
καλούμενον τὰ Βυζάντια. Autor de origine urbis Byzantii: *Antonina Belisarii patricii uxor a veste Theodoraе uxoris Iustiniani magni iam vidua una cum Vigilantia habitavit, cuius suasionem refecit templum sancti Procopii de Vigilantiae nomine dictum.* Quaedam de Antonina Procopius in initio statim huius libri narravit, quae tamen in mutilo Vaticano codice non extant, ex iis haec accipe ex Suida in voce, *Ἐγγυήσασθαι.* *Ἦδε ἐγγυητὴ ὕστερον Βελισσαρίῳ γυνή γέγονεν ἤδη παιδῶν μήτηρ γεγενημένη πολλῶν, εὐθύς οὖν ἤξιον μοιχεύτρια τὸ ἐξῆς εἶναι. Haec deinde multorum iam liberorum mater, Belisarii coniux fuit, statimque adulterio infamis.*

Pag. 15, 16. *Constantinus*] Alibi *Constantianus*. Erat is imperatorii stabuli magister, vir domi et militiae clarus. Res ab A 4
eo in Dalmatia, et Liburnia, Ravennae, Salonisque praeclare gestas, fuse in aliis libris narrat Procopius; historiam vero de Sicis, et praesidio, quam statim innuit, prosequitur l. 2 de bell. Gotth. In Campania occidi a Belisario iussus est, ut habet autor appendix ad chronicon Marcellini.

P. 16, 8. *Contra Silverium*] Editio Procopii Angustana habet *Λιβέριον, Liberium*; Vaticani codices, Latiniq̄ue scriptores, *Silverium*. Hinc videre licet Silverii necem iniuria adscribi Vigilio pontifici. Liberatus Carthaginensis c. 22. *Vigilius*, inquit, *ne sede pelleretur, Belisario mandavit. Trade mihi Silverium, alioqui non possum facere quod a me exigis; ita Silverius traditus est duobus Vigilii defensoribus, et servis eius; qui in Palmariam insulam adductus, sub eorum custodia defecit inedia.* Procopius hic et Sicarium nominat Eugenium Antoninae satellitem, et Silverium non inedia enectum, sed ferro, aut alia sanguinarii hominis arte; cuiusmodi soelera iisdem, quibus hic verbis, *ἐργάζεσθαι μίσημα, piaculum patrare*, ubique Procopius describere solet. l. 2 bell. Vand. de Uliare, qui iaculo Ioannem occiderat, *μηδεμίαν ἐς αὐτὸν γενέσθαι τίσιν, ἄτε οὐκ ἐκ προνοίας τὸ μίσημα ἐργασμένον. nullam de illo poenam sumendam esse, qui non data opera piaculum patrasset.* Et l. 1 bell. Gotth. de nece Amalasinthae, *Θεόδατος πείθειν ἤθελεν ὡς αὐτοῦ οὐδαμῆ ἐπαινοῦντος, ἀλλ' ὡς μάλιστα ἀκουσίου ἐργασθῆι τὸ μίσημα. Theodatus persuadere studebat, haudquaquam se approbante, sed plane invito a Gotthis id scelus commissum fuisse.* Illa de Vigilio Liberatus narravit, animo in eundem non ita benevolo; nam Africani ob confirmatam a Vigilio quintam Constantinopolitanam Synodum, de tribus capitibus, non solum scriptis eum laceraverunt, ut Faundus Hermianensis; sed et epistolam sub eius nomine ab haereticis confictam ipsi vulgarunt, et ad posteros transmiserunt, nempe Liberatus in breviario, et Victor Tumenensis in chronico; ac denique anathemate illum impetere ausi sunt. Postremo Liberatus de nece Silverii scripsit quae ab aliis acceperat: Procopius vero horum testis fuit oculatus, Romae tunc degens et apud Antoninam tanti sceleris artificem.

P. 16, 17. *Nisi Photius*] Theophani est *Photinus*, de quo infra ad pag. 15 lin. 34 ed. nostrae, Belisarii privignus, Antoninae filius ex priore marito. In Persidem secutus est Belisarium ducem; sub quo in Italia prima stipendia fecerat, *νῆος ὧν ἐτι καὶ*
P 92 *πρῶτον ὑπηγήτης, ξυνητώτατός τε καὶ φύσεως λοχὸν ἐπὶ τὴν ἡλικίαν δηλώσας. adhuc primae lanuginis adolescens, prudentia praestantiaque naturae pollens, supra quam aetas ferre possit.* Procop. l. 1 de bell. Gotth. Dum Romae agebat, atque Antonina mater Theodoraē imperatrici gratum factura Silverio pontifici tendebat insidias, ad pontificem venit in Basilica B. Mariae Sabinae latitantem, quem, data fide, inde in palatium evocavit. Liberatus Carthag. c. 22.

A 5 P. 17, 4. *Decem millia pondo auri*] Graeco est *ἐκατὸν πενηνάρια*. Hanc numerandi rationem passim hic et in reliqua historia usurpat Procopius, et l. 1 de bell. Pers. ita reducit ad calculum. *ἔλκει λίτρας τὸ πενηνάριον ἑκατὸν, ἀφ' οὗ δὴ καὶ*

ωνόμαστας. Centum γὰρ τὰ ἑκατὸν καλοῦσι Ῥωμαῖοι. *Centenarium* ex eo nomen sumpsit, quod centum libras contineat, ut Romanum ipsum nomen declarat; idem habet Isidorus l. 16. Originum c. 24. Constantinus magnus Turrim Byzantii a se exaedificatam *centenarium* ab impensa nominavit. De variis *centenariorum* impensis lege Olympiodorum apud Photium.

P. 17, 16. *Comaque, sicut fieri consuevit, detonsa*] Nempse seculari cultu et luxurie. Apud Procopium, aliosque veteres scriptores vel una illa voce ἀποκαρῆς, ἀποθριξάμενος, *detonsus*, monachico initiatus ordine significatur. Theodorus Studita epist. 27 inter alia incommoda monachorum, qui in custodiis continebantur, numerat τὴν τῆς κόμης ἄκαρσιν, *intonsam promissamque comam*. Et ad Procopium monachum, quam illum coma dedecet, et aliunde probat, et quod eremitis conveniat is habitus, quem ἰσημικοειδὲς κολίτευμα vocat. Sanctus Nicephorus Constantinopolitanus in histor. de monachis transfugis, τὸ σεμνὸν μεταμφιεννύμενος στόλισμα κομῆται ἀντὶ κεκαρμένων διεδιέκρινοντο καὶ εἰς λαϊκῶν σχῆμα εὐθὺς μεθηρμόζοντο. *Religioso cultu depositis, ex attonsis in comatos mutati sunt, atque ad laicorum speciem traducti*. Quales hodie orientales monachi comati videri possunt.

P. 18, 12. *Belisarius adversus Choroëm*] De Belisario tota Procopii historia est. Accipe de eius tyrocinio, et patria haec summatim. Primum sub Iustiniano Romani exercitus duce meruit, eiusque fuit δορυφόρος, a quo deinde cum Sitta, aliquot cohortibus praeficitur adversus Persas pro Iberis pugnaturus. Tum tribunus militum Darae factus, denique per orientem Romani exercitus imperator designatur; inde in Africam, ac tum in Italiam evocatur. Eius laudes praecipue prosequitur Procopius l. 3 bell. Gotth. initio. De eius patria l. 1 bell. Vand. ὤρητο δὲ Βελισάριος ἐκ Γερμανίας, ἣ Ἰλλυριῶν τε καὶ Ἰλλυριῶν μεταξὺ κῆναι. *Ducebat Belisarius originem ex Germania, quae inter Thraces et Illyrios sita est*. Hubertus Giphania in commentario de Iustiniano imperatore, cui adstipulatur Marcus Velserus l. 4 rerum Augustanarum, sic eum locum accepit, ut Belisarium Germanum crediderit: rationes quibus id astruere conatur, ingeniosae sunt, non verae. Nam Germania, quae inter Thraciam et Illyrium iacet, non sunt *Quadi in Austria*, sed urbs Thraciae et alibi nota, et in sanctionibus orientalium Antistitum; eaque metropolis est. Plura de Belisario infra, ad p. 17. 22. 80 ed. nostrae et alibi.

P. 19, 14. *Ad consularem te dignitatem evesi*] Nec tamen in fastis consularibus Photium reperias: Seneca de se, *consulem me fecit, sed non ordinarium*. *Codicillares* hi, et *honorarii* consules vocabantur. l. 3 bell. Gotth. ὑπατος καλούμενος μόνον, *consul nomine tenus*. Ausonius de patre utriusque Romae senatore:.

A 6 . *Curia me duplex, et uterque senatus habebat*
Muneris exortem, nomine participem.

Iustinianus novell. 70. *Novimus enim quia antiquitus erat quaedam praefecturae figura, quam honorariam vocabant, codicillis ab imperio super ea re collatis; hanc autem sic appellabant, ut nihil aliud nisi purum honorem iis quibus praebebatur, conferret.* Hi vocabantur ὑπάτοι, sed frequentius ἀπὸ ὑπάτων, ex consulibus, quasi ex ordine, et numero consulum. Ex his erat Ioannes Cappadox, qui ubi demum consulem ordinarium gessit, sic in epigrapha notatur novell. 71 et 72. *Ioanni gloriosissimo per orientem iterum praefecto, exconsuli, consuli ordinario et patricio.* Evagrius qui ecclesiasticam conscripsit historiam, erat ἀπὸ ἐπαρχῶν, ut eius operis titulus habet, quod perperam vertit Christophorus, *ex praefectis oriundus*; nam ipse de se historia extrema sic ait: *Μαυρικίου δὲ Τιβερίου δέλτους ἐπαρχῶν στείλλαντος. Mauricius Tiberius nobis praefecti codicillos misit,* id est, *codicillarem praefectum fecit, quem locum interpretis omnino pervertit.* Illud animadvertendum; hisce dicendi formis, *ex praefectis, ex consulibus*, modo notari praefectos, consulesque codicillares, modo ordinarios, qui iamdudum iis dignitatibus abierint. Id colligere licet ex una illa Narsetis Eunuchi inscriptione ad pontem Salarium. NARSES. VIR GLORIOSISSIMUS. EX PRAEPOSITO. SACRI PALATII. EX CONS. ATQUE PATRICIUS. Nam palatii quidem Eunuchis praefuit, eoque functus ipse officio est; consul vero non nisi codicillaris fuit, cum ordinarius esse lege prohiberetur; et omnium eunuchorum primum postremumque consulem fuisse Eutropium Marcellinus scribat: qui tum id scripsit, cum primum consules esse desierunt.

V 343 P. 21, 4. *De Ioanne Cappadocis narrata sunt*] Integram bes historiam ad calcem libri primi de bell. Pers. Homo fuit sceleratissimus, Iustiniano unice carus, et omnium licet litterarum expertus, utpote qui apud ludimagistrum nihil aliud didicerit, nisi γράμματα καὶ ταῦτα κακῶς γράψαι, *inelegantes litterarum apices vitiose scribere*, tamen summus iudiciorum arbiter fuit; ad quem extant Iustiniani centum et amplius constitutiones, hoc titulo, *Ἰωάννη τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπαρχῷ τῶν ἰσραῶν τῆς ἕως πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατριῶν.* *Ioanni gloriosissimo sacrorum per orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsuli, et patricio.* Editio Schrimgeriana sic interpungenda, et interpretis emendandus est; *per orientem praetoriorum iterum praefecto, exconsuli, et patricio*; nam quomodo iterum exconsul, qui semel tantum consul fuit? contra vero praefecturam praetorii bis gessit; semel ante victoriarum excitatam seditionem, atque iterum ab anno Iustiniani septimo, et deinceps, ut infra ad pag. 92 in tabella praefectorum praetorio representabo. Deinde codicillares consules, qualis tum erat Ioannes, neque

iterum, neque tertio consules dicebantur, cum illorum nomina **A 7**
 neque in fastis inscriberentur, neque iis anni supputatio ordina-
 retur. de Ioanne Cappadoce infra ex occasione. Interim falso
 centuriatores narrant, hunc ex praefecto praetorii fuisse Constan-
 tinopolitanum antistitem: mitto alias rationes, quas infra ad pag.
 30 lin. 21 dicam. Procopius sic habet. *ἱερεὺς γενόμενος ἀκου-
 σίως Πέτρον ἑαυτὸν μετανόμασεν, οὐκ ἐπίσκοπος μὲν, ἀλλ' ὄντως
 καλεῖν πρεσβύτερον νονομίχασιν, ὃ δὲ ἰσχυροῦσιν ὡς ἤκιστα ἤθε-
 λεν, ὡς μήποτε αὐτῷ ἐμπόδιον εἴη ἐς τὰς ἀρχὰς αὐτίς ἔλναι. Fa-
 ctus invite sacerdos, Petrus dici voluit. Neque vero episcopus
 fuit, sed ex iis, quos presbyteros vocare solemus. Verum sa-
 crificiis abstinuit in primis, ne sibi ad dignitates via praeclu-
 deretur; hunc nonnulli sub Anastasio consulatum gessisse puta-
 runt; sed ille Ioannes Gibbus fuit, quem Procopius et Theodo-
 rus Lector *κρυπτόν* appellant.*

P. 21, 13. *Alia in exercitu causa fuit*] *Morbus*; de quo l. 2
 bell. Pers. pag. 74, editionis Augustanae.

P. 22, 6. *Quare Aretam iubet*] Is Gabalae Saracenorum regis
 filius plurimis cohortibus a Iustiniano praefectus, et imperatoris
 nomine donatus fuit. Rem plerumque male gessit, an hostibus
 de industria cedens, an adversa belli fortuna, ipse Procopius in
 medio reliquit.

P. 25, 11. *In templum Ioannis apostoli*] Quod ob id *ἀποστο-* **P 94**
λεῖον, apostolium, in concilio Ephesino vocatur, sub urbe ipsa
 Epheso situm est, olim perexiguum a Iustiniano dirutum, ac
 rursus amplissime aedificatum. Procop. de aedif. Iust. l. 5 initio.

P. 25, 13. *Andreas urbis antistes*] A Sancto Timotheo, quem
 apostolus Paulus Ephesiorum ecclesiae primum dedit antistitem,
 usque ad imperium Marciani septem et viginti Ephesi fuerunt
 episcopi, ut Leontius Magnesianus refert. Ex his vigesimus-
 quartus Memnon, vigesimusquintus Basilius, cui Basianus suc-
 cessit ac Stephanus, qui cum eodem Leontio Chalcedonensi
 concilio interfuit. Post hos qui fuerit in mentem modo non
 venit. Verum sub Iustiniano Hypatius eam rexit ecclesiam, Ro-
 mamque legatus venit. Hypatio Andreas sic succedit, qui inter-
 fuit quintae synodo Constantinopolitanae, et cum aliis episcopis
 ad evocandum Vigilium summum pontificem missus est collatione
 secunda.

P. 28, 12. *In deiparae templo*] Templum dei matris, quod
 Byzantii sanctissimum fuit, erat ad ipsa urbis moenia, et ostia
 Euxini maris in Blacherniano; quod ibi summa religione serva-
 retur Mariae virginis *ὠμόφορον, pallium, sive lacerna*. Apud
 omnes fere Graecos scriptores ecclesiasticos, et in concilio Ni-
 caeno secundo mentio est templi in *Blachernis*; de quo nomine
 inter Graecos minime convenit: alii dictum crediderunt a *Blach-
 cherno Scythia* ibi interfecto: alii quasi *Βλάχων κέσμα, Blachi*
Procopius III.

caedes: alii quod ibi *lacunae* aliquando fuerint. A *lacerna*
 A 8 Beatae virginis, de qua modo dicebam, loco nomen fuisse alii
 crediderunt; verum *Blacherniani* vocem reperimus apud Dio-
 nysium Byzantium longe antiquiorem Pulcheria Augusta, quae
 templum illud excitavit: a Iustino seniore deinde instauratum
 est, licet Iustiniano id Procopius tribuat, reddatque rationem
 l. 1 aedif. quae in Augustana editione desideratur. De hoc
 templo etiam infra Procop. p. 109.

P. 28, 14. *Sophiae templi emissarium*] In Graeco est *δεξα-
 μηνή*. Suidas qui hunc locum descripsit, sic eam vocem ex-
 posuit, *τουτέστιν ἢ τράπεζα ἢ τὰ θεῖα δεχομένη, mensa, quae
 sacra mysteria recipit*. Graecis patribus *Κολυμβήθρα* et *βα-
 πτιστήριον* est divini lavaeri locus; *δεξαμενή* vero conceptacu-
 lum aquarum, quae sacris perficiendis inservissent. Ab aliis
 dicitur *ὕπόνομος*: Gregorius magnus hom. 17 in evang. *cloa-
 cam* appellavit. Hic Photius delituit.

P. 28, 17. *Vim omnibus inferre sacris*] Haec in asylum
 Theodoraē impietas, quae et infra saepe ab autore notatur, tam
 insignis fuit, ut illa eius sit vox imperantis Anthemio. *Ex-
 ceptis omnibus, in basilica sancti Petri parce: nam si in La-
 teranis, aut in palatio, aut in qualibet ecclesia inveneris Vi-
 gilium mox impositum in navim perduc eum usque ad nos;
 nam perviventem in secula excoriari te faciam*. Anast. in Vi-
 gilio. Abstractus est Vigilius e templo sanctae Caeciliae Ro-
 mae, iterum e templo sanctae Euphemiae Chalcedone; Sylve-
 rius ex ecclesia sanctae Mariae Sabinae; aliunde alii.

P. 29, 3. *Zacharias propheta*] Post inventum effossumque
 huius prophetae corpus omnino integrum, ac pene vivum, ut
 Sozomenus scribit l. 9 extremo, et Constantinopolim transla-
 tum Theodosii iunioris tempore, a civibus deinde cultum est
 religione singulari.

P. 29, 6. *Monachorum habitu*] Tum Photius, instituto
 maiorum, seculi vocabulum deposuit, Photinusque appellatus,
 Hierosolymitano deinde monasterio moderatus est. Theophanes,
 Ἰουστίνος ἀπέστειλε τὸν ἀββᾶν Φωτεινὸν τὸν πρόγονον Βελισα-
 ρίου τοῦ πατρικίου δούς αὐτῷ ἐξουσίαν κατὰ παντός προσώπου
 καὶ πράγματος τοῦ εἰρηνεύσαι τὰς ἐκκλησίας Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξ-
 ανδρείας. *Iustinus imperator misit abbatem Photinum Beli-
 sarii patricii privignum plena in omnes autoritate illi tradita,
 ut ecclesias Aegypti et Alexandriae ad pacem reduceret*. Idem
 ex Theophane Anastasius, et Paulus Diaconus l. 16. Et Gre-
 gorius Turonensis l. 1 de gloria Mart. cap. 6 ubi corrupte
 nomen Photini legitur. *Quando, inquit, Hierosolymam abii,
 Futen abbatem reperi, qui magnam cum Sophia Augusta gra-
 tiam habuit: huic enim omnem orientem quasi praefecto com-
 misit*. Pro Futen, lege, Photinum.

P. 30, §. *Morbo difficillimo laborabat*] τῶν αἰδολῶν ἀντι-
 πονήρως ἐχόντων, καὶ τῆς κύστεως ἔλκει χαλεπῶ κακωθείσης.
Nempe pudendis vitio affectis, et graviter ulcerata vesica: ita
 Metaphrastes in vita sancti Sampsonis patricii Romani, a quo
 adhuc vivo mirifice Iustinianus sanatus est. Longe antiquio-
 rem Iustiniano Sampsonem credit cardinalis Baronius in notis
 ad martyr. et vacillare fidem illius historiae putat, quae ha-
 beat Nosocomium Sampsonis eodem rogante, a Iustiniano ere-
 ctum; cum Procopius dicat restauratum, quod iam antea idem
 Sampson exaedificasset. Verum adeo exiguum fuit primum
 illud Sampsonis aedificium, tam illustre vero, tamque magni-
 ficum ab Iustiniano factum, ut qui integram constructionem A 9
 Iustiniano adscribit Metaphrastes nihil veritati detraxisse vi-
 deri possit. Quod addit de conflagratione eius Nosocomii,
 quam tum contigisse arbitratur, cum sub Anastasio sanctae
 Sophiae templum exustum fuit, clarum est in historiis non
 semel illud templum incendiis obnoxium fuisse; Iustiniani
 vero anno quinto illud Nosocomium incensum esse, idem Pro-
 copius refert l. 1 aedif. et 1 bell. Pers. et Theophanes ad
 annum quintum Iustiniani. Fortasse maioris momenti sit in
 hac re, quod Procopius de Sampsonis aetate ait: ἀνὴρ τις
 θεοσεβῆς ἐν τοῖς ἔνω χρόνοις Σαμψῶν ὄνομα. *Vir quidam
 pius, qui superioribus annis floruit.* At hoc etiam nihil est;
 nam Procopius librum illum de aedificiis ubi hoc habet, ex-
 tremo Iustiniani imperio scripsit, nempe sex et triginta, atque
 amplius annos post mortem Sampsonis. Vigebat tamen adeo
 eius memoria, ut Iustinianus novella 59 et 131 ubi de Sam-
 psonem loquitur, ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Σαμψῶν dicat, *sanctae
 memoriae Sampson.* Quod (obiter) cum in antiquis manuscrip-
 tis, litteris singularibus S. M. notatum esset, male in Latinis
 editionibus novell. 131 exceptum, *sanctae Mariae Sanso.* Quod
 autem in Metaphraste corrigendum plane censeo, est ratio tem- V 344
 poris vitae Sampsonis, et annorum imperii Iustiniani: nam
 Antistite Mena, Sampsonem superfuisse, haud bene Metaphra-
 stes narrat, cum ante consulatum Belisarii obiisse, ex novell.
 59 perspicue constet. Porro eiusdem novellae publicatio, at-
 que electio Menae, fere in idem tempus incidunt; nempe circa
 annum Iustiniani undecimum: at vero ante annum eius quin-
 tum, mortuum Sampsonem fuisse, nemo dubitet. Ad hunc
 calculum revocanda sunt, quae de incendio Nosocomii a Meta-
 phraste narrantur. De aliis Iustiniani morbis infra ad pag. 43.

P. 30, 9. *Petrus et Ioannes Heluo*] Ambo in exercitu Ro-
 mano clari duces; de quibus passim Procopius in prioribus
 libris. *Heluo* Graece est φαγᾶς, φάγων apud Vopiscum.
 Huiusmodi cognominum significationes dare Latine praestat,
 quam sonum Graecae vocis referre. Marcellinus in chronico

Ioannem *Gibbum* nominat, quem infra Procopius et Theodorus Lector *Cyrtum*; quisque pro suae linguae proprietate. Sic Iustinianus a suis gentilibus *UFRAUDA*, hoc est, recta iustitia dictus est: *Venetos* Graeci *Κυανθόνος* vocarunt: *Biglenisam* Iustiniani sororem, *Vigilantiam* Latini vocis similitudinem secuti dixerunt. Ad usum ergo illius aetatis nos *Heluonem* vertimus, et infra *cucurbitinum*, *forficulam*, et si quos alios. *φαγάς*, barbara vocis forma vulgo etiam ante Iustiniani tempora usurpata; Basilius ad Amphiloichium, *τὸν δὲ φαγὰν παροξυτονούμεν, nos acuta voce pronunciamus φαγόν.*

P. 30, 10. *Haec ab iis de se dici*] Nam cum Theodora liberos imperii successores non haberet, omnes sibi persuadebant, feminam solertissimam, et imperandi cupidam ita rem acturam, ut Iustiniano defuncto, ne prorsus dominatione deturbaretur, paratum haberet hominem benevolum, cui imperium assereret, vel etiam matrimonio sociaretur: quod Sophia Iustini Iustiniani nepotis uxor, ac Theodora neptis summa diligentia curavit; quamquam res illi demum sinistre cecidit cum Tiberio Constantino imperatore.

P. 30, 12. *Busen repente accersit*] Hic in Thracia natus, beloque clarus a Iustiniano in Armenos mittitur; deinde collega imperii per orientem datur Belisario; demum totam unus ipse administrationem habuit, quandiu Belisarius in Italia adversus Gotthos pugnavit: reliqua de eodem hic legis.

P. 31, 10. *Imperator exaustoravit*] Autor appendicis ad chronicon Marcellini; *Belisarius de oriente evocatus in offensam periculumque incurrere grave, et invidiae subiaccens, rursus remittitur ad Italiam.* Hoc loco veram et integram de Belisarii exauthoratione atque restitutione videmus historiam. Nam effossis oculis in trivio mendicasse obolos Belisarium narrant alii, quibus Petrus Crinitus L. 15 de honesta disciplina, et Raphaël Volaterranus l. 23 Anthropol. fidem habent. Id etiamsi Ioannes Tzetzes Chiliade 3 commemoravit; tamen illud magis consentaneum huic Procopii narrationi subdidit.

ἄλλοι φασὶ τῶν χρονικῶν μὴ τυφλωθῆναι τοῦτον,
ἐξ ἐπιτίμων δ' ἄτιμον ἐσχάτως γεγενῆσθαι,
καὶ πάλιν εἰς ἀνάκλησιν δόξης ἔλθεῖν προτέρως.

Alii chronologi tradunt, non excaecatum illum fuisse, sed dignitate, et omnibus pene honoribus spoliatum, iterum ad pristinam gloriam revocatum fuisse. De Ioanne Cappadoce viro patricio exconsule, et praetorii praefecto, non de Belisario, narrat Procopius l. 1 bell. Pers. extremo, cum in exilium apud Aegyptum iret, a satellitibus coactum *ἄρτον ἢ ὀβολὸν ἐκ τῶν προσπιπτόντων αἰτεῖσθαι, panem vel obolum ab obviis petere.* Sed de Belisario tyrannidis insimulato, eiusque obitu, infra, ad pag. 80.

P. 31, 12. *Belisarii satellitium*] Milites aere suo conscribat Belisarius longe plures, ut ait Procopius, quam unquam alii imperatores: nam ex sua familia *ἑπτακισχίλλους ἑκπίας, septies mille equites dabat.* l. 3 bell. Gotth. init. Aimoinus l. 2 c. 6 de gest. Francor. *Sunt nobis duodecim millia puerorum, quos propriis alimus stipendiis, et decem et octo millia militum.* Fides sit apud autorem: verisimilia narrat Procopius.

P. 35, 1. *Ex filia nepoti*] Hanc Iustiniano duntaxat filiam peperit Theodora; quare Cyrilli Scythopolitani Procopii aequalis locum, in quo Theodora de prole suscipienda Sabam virum sanctum rogavit; de liberis maribus accipias imperii successoribus; quod Sabas omnino se facturum negavit, ut dicam infra ad p. 121. Perperam Constantinus Manasses, *οὐκ ἦν θυγάτηρ, οὐχ υἱὸς, οὐ διαδόχων γένος.* Non erant Iustiniano filiae, vel filii, nec successorum genus. Theophanes Byzantius historicus apud Photium meminit *Theodori* cognomento *Ziri* Iustiniani A 11 imperatoris filii, quem fortasse post Theodorae obitum habuit. Falluntur Adolphus Ooco, Octavius a Rosberg, Raphaël Volaterranus, et Onophris Panvinius; quorum ille Iustinum iuniorum Iustiniani nepotem ex filio; hi vero ex filia putarunt; nam fuit nepos ex sorore Vigilantia, ut Corippus, et Victor Tunnenensis illorum temporum scriptores affirmant. *Iustinus iunior Vigilantiae sororis Iustiniani Augusti filius patre dulcissimo natus.* Haec Anastasii et Ioanninae sponsalia quem exitum habuerint, infra narratur, p. 24.

Pag. 36, 5. *Sane res mortalium*] Idem *αὐτολεξεί* Procopius praenuntiavit l. 4 bell. Gotth. Postrema illa verba, *verum quaeque ut libet, de his ita sentiat,* nihil animum offendent, si cum his conferas, quae de fortuna in eadem sententiam scribit infra p. 47.

P. 36, 11. *Turpissime inde reducitur*] Incredibilis est Procopii libertas, haec eadem acerbius l. 3 bell. Gotth. quem etiamnum superstite Belisario cum reliqua historia vulgaverat. Integrum P 97 locum ex manuscripto Vaticano emendatum tibi damus, ad quem nostram interpretationem maluimus conformare, cum in *ἀνεκδότοις* haec corruptissime legantur. *Βελισάριος μὲν τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον οὐδενὶ κόσμῳ λεί, γῆς μὲν τῆς Ἰταλῶν πεντάετες οὐδαμῆ ἐπιβὰς, οὐδέ πῃ ὁδοῦ ἵναί τε ἐνταῦθα ἰσχύσας, ἀλλὰ φρυγῆ κεκορημένη ἐχόμενος πάντα τοῦτον τὸν χρόνον ἕτε τε ὀχυρώματος ἐπιθαλασσίον τινὸς ἐς ἄλλο ἐπὶ τῆς παραλίας ὀχυρώμα διηρηκὲς ναυτιλλόμενος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀδείστερον τοὺς πολεμίους τετύχηκε Ῥώμην τε αὐτὴν ἀνδραποδίσαι, καὶ τ' ἄλλα ὡς εἰπεῖν ἅπαντα. τότε δὲ καὶ Περυσίαν πόλιν, ἣ πρώτη ἐν Τούσκοις οὕσα τετύχηκε πικρότατα πολιορκουμένην κατέλιπεν, ἥτερ αὐτοῦ ἕτε ὁδοῦ ἰόντος κατάκρας ἐάλω. *Belisarius turpiter Byzantium discessit, cum quinque totos annos nunquam in Italia peder**

figere potuerit, neque certis itineribus progredi, sed toto hoc tempore clanculum fugitans, ab uno maritimo praesidio ad aliud classe devehetur, unde tanto securius hostes Romam et caetera omnia subiugarunt. Perusiam vero primariam Tusciae civitatem dira obsidione cinctam reliquit, quas illo Byzantium contendente, capta fuit. Haec infra Procopius, p. 23 et 24.

P. 37, 7. *Vitae cogitationum poenas exegit*] His fere verbis Herodiano Belisarius minatus est, ut habetur l. 3 bell. Gotth. ubi et eiusdem Herodiani ad Totilam defectio, deditioque Spoleti narratur.

P. 37, 12. *Ioannes Vitaliani*] De Vitaliano infra ad p. 30 lin. 25 Ioannis bellicam virtutem passim in reliquis historiae libris Procopius commendat. Anno belli Gotthici undecimo a Belisario Constantinopolim ad Iustinianum ablegatur, auxilia petiturus tum vero haec, quae de coniugio Procopius hic narrat, acciderunt; ac licet eas nuptias adornatas potius, quam confectas dicere hoc loco videatur: tamen alibi Ioannem vocat Germani *κηδεστήν*, et *γαμβρόν*, *generum*. Duxit autem Iustinam, de qua hic mentio.

A 12 P. 37, 14. *Fratris filio*] Arnoldus Uvion de Aniciana familia grad. 21 et Antonius Bonfinius rer. Hung. decad. 1 perperam Iustiniani fratrem fecerunt hunc Germanum. Uvion falso etiam credit, a Procopio modo fratris Iustiniani, modo sororis filium eundem appellatum: interpretum lapsus ille est; nam Procopius, non solum hic, sed etiam l. 2 bell. Pers. et 2 Vand. et 3 Gotth. vocat Germanum Iustiniani *ἀνεψιόν*, in cuius vocis ambiguitate vacillarunt interpretes; Raphaël Volaterranus *fratris filium*, Christophorus Persona *ex sorore nepotem*; Leonardus Aretinus *Patruelem* verterunt. Nos Latinos eius aetatis historicos consulimus, ut Graeca sublata dubietate, veritatem interpretando certo statueremus, atque ex Iornande convertimus *fratris filium*, quem ipse *fratruelem* scribit, et iterum ac tertio repetit lib. de reb. Getio. Nam errorem librarii corrigas ad calcem eiusdem libri, ne autor a se et a Procopio discrepet, reponasque pro *fratri suo, fratrueli suo*. Caeterum Procopio *ἀνεψιός* est *fratris filius*; *sororis* vero *ἀδελφιδούς*, sic Iustinianum vocat, qui erat sororis Iustini senioris filius, et

V 345 Proiectam Vigilantiae Iustiniani sororis filiam; idque perpetuo religiose servat: posteriores Graeci scriptores aliquando variant.

P. 37, 15. *Connubia iungere*] Germanus ipse prima coniuge orbatus, curante Iustiniano captivam duxit, licet ex Amala familia Gotthorum nobilissima Mathasuntam reginae Amalasanthae filiam, et Vitigis regis quondam uxorem, quod Iornandes lib. de reb. Get. iterum ac tertio repetit. Ex ea filium habuit Germanum posthumum; ex prima vero nomine Passara Iusti-

num, Iustinam, et Iustinianum suscepit. Ex hoc Procopii loco erroris arguitur Onophrius Panvinius, qui Iustino Germani filio matrimonio iungit Vigilantiam; quam et Iustiniani filiam falso credit; sed de his infra.

P. 39, 9. *Nuptias Anastasio nepoti perficere maturabas*] Nam graviter aegrotans Theodora, paucis post mensibus obiit; haec enim incidunt in annum Iustiniani vigesimum secundum, P 98 quando et Theodora obitum, et Antoninae ex Italia profectio- nem, et Belisarii ob rem male gestam, reditum in orientem narrat Procopius l. 3 bell. Gotth.

P. 40, 5. *Extincta imperatrice*] Mense Iunio, indictione prima, ut habet Theophanes, anno imperii Iustiniani vigesimo secundo, nempe exactis in imperio annis uno et viginti, tribusque mensibus: Procopius l. 3 bell. Gotth. Ex his corrige Octavium a Rosberg. *Theodora, inquit, mulier sapientissima, marito ob senectutem delirante, rempublicam maxime gubernavit.* Nam Iustinianus mentis compos complures annos superfuit. Obiisse Theodoram scribit Victor Tunnensis, *canceris plaga corpore toto perfusam.* Num moriens resipuerit, silent historici. Solus Theophanes brevem illam vocem addit, *εὐσεβῶς ἐκοιμήθη.* *Pie moritur;* si tamen ad poenitentiam male A 13 a Theodora factorum comprobendam eruditus viris satis hoc esse potest, quod ex consueta imperii ac principum reverentia solet usurpari. Nam de Anastasio imperatore Haeretico, qui divinitus fulmine ictus interiit, Iustinianus novella quinquagesima nona, et alibi saepe ait, *Ἀναστάσιος ὁ τῆς εὐσεβείας λήξας.* *Anastasius qui pie mortuus est.* Et vir sanctissimus Sabas cum eodem Haeretico imperatore loquens venisse se ait *εἰς τὸ προσκυνῆσαι τὰ ἴχνη τῆς ὑμέτερας εὐσεβείας, ad adoranda vestigia vestrae pietatis,* apud Cyrillum Scythopolitanum. Et quidquid erat imperatorum ea venerationis forma nominabatur, ut *pium imperium, pium caput, pia vestigia, ac pedes, εὐσεβῆ ἴχνη,* in ep. episcoporum ad Iustinianum. Et Marcellinus eundem Anastasium DIVUM appellat. Lege has notas ad pag. 61 lin. 3.

P. 41, 3. *Sergius Bacchi filius*] Tres Bacchi filii in Africana expeditione fuerunt, Cyrus, Sergius et Solomon iunior; nam senior horum avunculus erat, qui post Belisarium rem praeclare gessit contra Mauritanos, quos et omnino delevit. De utroque Solomone, deque Sergii moribus fusius atque liberius scribit Procopius l. 2 bell. Vand. ibidemque de Ioanne Sisinioli, quae multam lucem afferunt huic loco. Meminit Solomonis senioris eiusque patriae Solachonis Theophylactus Simocatta l. 2 c. 3.

P. 41, 10. *Areobynthi*] Legitur et *Areobyndi;* alius est, quem sub Anastasio populus imperatorem consalutavit, ut scribit Mar-

cellinus. Hic senator fuit illustri loco natus, coniux Praiectae, seu Proiectae Vigilantiae Iustiniani sororis filiae, quae, occiso in Africa Areobyndo, cum Ioanne Pompei Anastasii nepotis filio matrimonium contraxit. Praeterea gessit Areobyndus utramque praefecturam, urbanam et praetorianam.

P. 43, 1. *In Illyria nati*] Hoc idem Theodorus Lector, et Theophanes, Victor etiam Tunnensis Procopii aequalis, *Illyricianum* Iustinum dicit in Chronico; sed Zacharias apud Evagrium l. 4 c. 1, et Basilius Cilix apud Photium in Biblioth. et qui post Procopium scripserunt historici, *Thracem* Iustinam vocant. Bene est; nam Bederina, quae, ut statim ait Procopius, Iustino patria fuit, in limitaneis Illyriae, Thraciaeque agris sita erat. Porro saepissime fit, ut quae urbes duarum provinciarum, vel fines terminant, vel circa fines sunt, in ambarum partes aliquando ab autoribus nullo discrimine admittantur; praesertim cum provinciarum partitiones non caedem apud omnes geographos et historicos sint. Etiam Agathias l. 5 Bederinam in Illyria collocat: Iustinianus novella 11 in secunda Pannonia; verum haec nihil discrepant, ut statim dicemus lin. 18.

P. 43, 1. *Exercendisq; agris assueti*] Addit Zonaras Iustinum fuisse *βουκόλον καὶ συφορβόν*, *armentarium et subulcum*, a quo Pomponius Laetus in Iustino, Andreas Alciatus dispunt. 4 c. 7 et alii acceperunt. Nihil fuisset magis ab re, quam si Iustinum loco non humili solum, sed etiam sordido natum hic siluisset Procopius. Secus alii, *Anicium* fecerunt, nempe familiae, Romanorum omnium, qui Christo nomina dederunt, ut Prudentius ait l. 1 contra Symmachum, antiquitate et nobilitate praestantissimae. Parum refert, quod in antiquis nummis vel fastorum laterculis Iustinus, *Anicius* habeatur; nam illum, ut ex milite gregario palatii curam accepit, et quemadmodum Theodorus Lector ait, patricii honorem consecutus, et in albo senatorum conscriptus fuit, vero simile est ab Anicianis in familiam fuisse cooptatum, vel tandem sibi id nominis adscivisse, cum imperator est appellatus; sicut etiam in iisdem nummis *Flavium* se inscribit, et Lupicinam coniugem ex serva *Flavianam* nuncupat. Quod ex imperatoribus Christianis factitasse Constantinum, eiusque patrem Constantium, deinde alios, notum est. Sic etiam accipias locum Iornandis lib. rer. Get. extremo, ubi Germanum Iustiniani fratris filium inter *Anicios* refert. Sed emendanda omnino est editio Parisiensis Cassiodori l. 8. Var. epist. prima. *Non vos maiorum purpuratus tantum ordo clarificat, etc. quantum longe lateque potens gratia vestra nobilitat.* Lego, *non nos*, nam Athalarici pater Eutharicus consulatum gessit cum Iustino, Theodoricus Avus cum Venantio, Theodemirus proavus et avus ipse Gotthorum reges

fuere. Iustinus vero, ad quem ea epistola est (ut infra probabo) quibus maioribus natus sit, hinc liquet.

P. 43, 2. *Zimarchus, Ditybistus, et Iustinus*] Ubi Iustinus cum imperio fuit, socios et commilitones suos dignitatibus et honoribus auxit. Horum alter Zimarchus adhuc sub Iustiniano vivebat, comes orientis; de quo haec Theophanes, *συνίβαλον κατ' ἀλλήλων οἱ ὀρθόδοξοι, καὶ οἱ Σευηριανοὶ, καὶ πολλοὶ φόνοι γέγονασι, καὶ ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς Ζίμαρχον τὸν Κόμητα τῆς ἀνατολῆς ἐκάλυσε τοὺς ἀτακτοῦντας, καὶ πολλοὺς ἐξώρισε καὶ ἐδήμευσε. Insurrexerunt in orthodoxos Severiani, et multorum secutae sunt caedes. Quare imperator Zimarchum orientis comitem misit, qui seditiosos cohibuit, eorumque alios exilio, alios capite puniuit.* Fuit is etiam curator domus Placidiae, ut infra, ad p. 116 lin. 28.

P. 43, 3. *Bederiana patria fuit*] Agathiae *Bederina*. Iustini patriam nominat etiam autor chronici Alexandrini, Ἰουστινὸς ὁ βενδαρίτης ὁ θραῦξ, lege *Βεδερλίτης*. Corruptus codex fraudi fuit docto interpreti, qui vertit, *Iustinus tribunus*, seu *vezillifer*, annotavitque *βενδαρίτης videri Vendrich*. Etiam Iustiniani patriam fuisse Bederinam, affirmat Agathias l. 5. Sed aut eum allucinatum putat Svalemburgius, aut Procopium, qui l. 4 de aedif. Tauresium, vel Taurisium scribit. Ortelius ut hos autores conciliet, unam urbem dicit Bederinam, et Tauresium; sed utrumque in errorem induxit mutilus Procopii liber, quo nihilo sanior est editio Augustana: codex Vaticanus emendatissimus sic habet. *Ἐν Δαρδάνοις πον τοῖς Εὐρωπαϊοῖς, οἱ δὴ μετὰ τοὺς Ἐπιδαμνίων ὄρους ᾤκηται, τοῦ φρουρίου ἀγχιστα, ὅπερ Βεδεριάνα ἐπικαλεῖται, χωρίον Ταυρήσιον ὄνομα ἦν. Ἐνθεν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ὁ τῆς οἰκουμένης οἰκιστῆς ᾤρηται. τοῦτο μὲν οὖν τὸ χωρίον ἐν βραχεῖ τειχισάμενος κατὰ τὸ τετράγωνον σχῆμα, καὶ γωνία ἐκάστη πύργον ἐνθήμενος Τετραπυργίαν εἶναι τε καὶ καλεῖσθαι πεποίηκε. παρ' αὐτῷ δὲ μάλιστα τῷ χωρίῳ πόλιν ἐπιφανεστάτην ἐδείματο, ἣνπερ Ἰουστινιανὴν ἠνόμασε πρίμαν, ταῦτα τῇ θρησαμένη τὰ τροφεῖα ἐκτίνων. Apud Dardanos Europaeos, qui post Epidamniorum terminos habitant ad praesidium, quod Bederiana vocatur, oppidum est Tauresium nominis; hinc Iustinianus princeps orbis reparater ortus est; eum locum muro circumdans quadrangula figura singulis angulis turrim imposuit, effecitque, ut esset, et vocaretur quadriturrita. Iuxta eundem locum urbem nobilissimam condidit, quam Iustinianam primam appellavit, atque nutritionis officium altrici patriae rependit.* De qua Agathias nihil a Procopio discrepans, haec habet. *Πατρίς ἦν αὐτῷ πόλις Ἰλλυρικὴ Βεδερλίη μὲν ἐκ παλαιοῦ ὀνομαζομένη, ὕστερον δὲ πρώτη Ἰουστινιανὴ μετακληθεῖσα. Ἰουστινιανὸς γὰρ ἄτε δὴ κατ' αὐτὴν εἰς φῶς προσηγμένος ἐπόκησεν εἰκότως τῆς*

A 15

V 346

πατρίδα. Patria illi erat Illyrica civitas Bederina vetusto nomine dicta, deinde prima Iustiniana denominata. Iustinianus namque quia ibi primum editus in lucem est, mirifice patriam ornavit. Procopius aocuratius distinxit locum Iustiniani natalem, qui fuit Tauresium, nam ait, ἐνθεν ὄρμηται, inde prodiit: et locum in quo altus et educatus est, quae fuit

P 100 Bederina, cui τὰ τροφεῖα ἐξέτινεν, altrici debitum persolvit. A Procopio et Agathia nihil discrepat novella undecima de prima Iustiniana: nam provinciarum partitiones et nomina aliis alia sunt. Id saepe legis apud Strabonem, aliosque geographos.

P. 43, 6. Numeris militaribus inscripti] Theodorus Lector, ἀπὸ στρατιωτῶν ἀρξάμενος καὶ μέχρι τῆς συγκλήτου προκόψας, ex militum ordinibus ad senatum pervenit. Quare in diversis antiquis monumentis Ταξιδάσην, *ordinarium* vocatum Iustinum invenimus; quemadmodum et alios imperatores Iulianum, Iovinianum, Valentinianum, Valentem, Theodosium, qui militari deposito sago purpuram induerunt.

P. 43, 10. Criminis reum] Cuius? Neque ipse dicit, neque alii scriptores, qui satis ieiune de Iustini rebus egerunt. At vero ne calumnia Procopii silentio subesse videatur, unum de Iustini flagitiis, cum adhuc erat in castris, referam. Ὁ μαρὸς ἐκεῖνος μεταβολεὺς καὶ καλιγκάπηλος Ἰωάννης, ἦν εἰς τῶν ὑπὸ Ἰουστίνου τὸν στρατηγὸν τεταγμένων, ὃς αἰτήσας αὐτὸν ἄλλογον χρυσίον ὑπέσχετο τοὺς ἐπομένους τῷ στρατηγῷ τρέφειν, καὶ ἀποδοῦναι πάλιν τὸ χρυσίον ἐκεῖνο. περιῶν οὖν ἀνὰ τὰς κόμας ἐνθα βοῶν οὐδὲ ὄνομα ἤκούετο, ὃδε τούτων χάριν ἀνήσεως ἔλεγεν ἀφικέσθαι, ἐνέκετό τε ἀπαιτῶν, καὶ χρυσίον προτεινόμενος ἴσ' ἂν οἱ δειλαιοὶ ἐκεῖνοι συναγαγόντες χρυσίον μόλις αὐτὸν ἔπειθον λαβόντα τοῦτο ἀπαλλαγῆναι. ἔπειτα οὕτω περιερχόμενος ἐνθα Κάμηλοι οὐκ ἦσαν, τούτων ἕνεκα ἦκειν ἔφασκε, καὶ οὕτως ἠργυρολόγει τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀπὸ τῶν ἀδικημά-

A 16 τῶν κατήσθιεν. ἦδετο δὲ αὐτῷ Ἰουστίνος ἀπριάτην εὐχοούμενος. *Scelestus ille negotiator, et propola Ioannes, erat ex militibus qui Iustinum ducem sequebantur. Is ut paucas sibi pecunias concederet, Iustinum rogabat, pollicens non solum pecuniam se illam redditurum; sed etiam annonam comitatu ministreturum. Ergo per pagos circumiens, in quibus Boum ne nomen quidem notum esset, emendi boves causa illuc venisse se dictitabat, eosque petebat identidem, instabatque, et ostentabat pecuniam. Quare miseri Pagani collatitio aere illi oblato, vel sic ab eo vix obtinebant, ut inde discederet. Tum eo pergebat, ubi Cameli non essent, et ad hos ipsos coëmendos se advenisse affirmabat. Porro his artibus pecunias ab omnibus corradebat, victumque sibi parabat iniuste. Quin et Iustinus acceptum illum habuit, quod nullis expensis laute convivaretur. Ex veterum historicorum collectaneis cod. Vat. 96.*

P. 43, 11. *Dux ille narrare solebat*] Mirificam Iustini liberationem alii quoque scripserunt, Ioannes Zonaras, Cedrenus, et Ephraemius in chronico; verum alia plane ab hac est, quam Procopius contigisse affirmat in Isauros copias ducente Ioanne Gibbo, sub cuius potestate tum agebat Iustinus, nempe initio principatus Anastasii; nam extremo eiusdem imperio Iustinus erat patricius, senator, et comes praetorianorum; idque magis ac magis confirmat, quod Iustinianus Iustini nepos, cum Gibbus ductabat exercitum, plane puer erat, neque versabatur in castris, ut criminis aut carceris ayunculi, quae historici narrant, socius esse posset: nam *candidata militia*, quemadmodum ait Victor Tunnensis, functus est sub initium imperii Iustini. Ergo secundo Iustinus in carcerem ab Anastasio conicitur cum Iustiniano nepote tunc trigenario maiore perduellionis insimulatus. Eripitur vero non ea hominis specie apparente (ut Zonaras et alii scribunt) quam hic Gibbo militiae magistro apparuisse Procopius refert; sed visis per quietem Anastasio imperatori Sergio et Baccho martyribus, quorum summa erat apud Dardanos et Illyrienses veneratio, et apud hos ipsos contribules atque gentiles Iustinum et Iustinianum, a quibus paulo post superbissimum templum ad urbem Scodram Barbenamque fluvium iisdem Sergio et Baccho martyribus excitatum fuit, ut pluribus narravit Theophilus Iustiniani praeceptor. Prima illa Ioannis Gibbi, et secunda haec Anastasii imperatoris visio in ea voce plane conveniunt, quod Iustinus eiusque propinqui futuri essent, ut Cedreni verbis utar, *σκέψη ζωρητικὰ τῆς τοῦ θεοῦ βουλής τε καὶ προνοίας, καὶ μέλλουσιν ὑπουργῆσαι τῷ θεῷ ἕκαστος ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ, vasa consilio providentiae divinae exequendo apta, et uterque suo tempore deo esset operam navaturus.*

P. 44, 6. *Praetorianis militibus praefectus*] Horum plures ordines, scholarii, domestici, protectores, silentiarii, de quibus Procop. infra p. 108 et deinceps. Ex his alii in atrio et vestibulo regiae versabantur, alii pro cubiculis desidebant; hi *σωματοφύλακες, corporis custodes*, Latine vero *excubitores*, ut est apud Evagrium l. 4 c. 1 et 2. Illi *φύλακες τοῦ παλατίου, custodes palatii, praetorii milites, seu praetoriani, aulae vel aulici milites*, ut Evagr. ibid. praefectum his ordinibus *comitem praetorianorum, seu excubitorum* appellat Iornandes, *ἄρχοντα τῶν φυλάκων τοῦ παλατίου, principem custodum palatii*, Procopius. Corippus *curam palatii* l. 2.

Dispositorque novus sacrae Badoarius aulae

Successor soceri factus mox cura palati est.

Graeci *Κουροπαλάτην*, deinde *πρωτοκουροσιαλάτην*, nimirum cum imperatores eo nomine alios donare honoris ergo coeperunt. Male interpretatur Octavius a Rosberg *procuratorem palatii*.

Glossarium Graecobarbarum confundit cum alio *cura palatii*, de quo Cassiodorus l. 7, Var. epist. 5, qui fabricae palatii praepositus erat. Et errorem auget, cum illius magnam fuisse dignitatem credit: quod ante regem Theodoricum auream virgam gestans primus incederet. At Cassiodorus, *primus*, inquit, *inter obsequia numerosa*, hoc est, non inter singulares et primarios viros patricios, senatores et consulares. Aurea vero virga est quam Codinus *δικαν/κίον* appellat, inferioribus etiam ordinibus honoris ergo concessa; idque ex eodem Cassiodori loco colligere est. Quod foediore lapsu comprobare nititur ex Corippo:

Par estans curis, solo diademate dispar.

Sed hoc de alio est *cura palatii*, ordinum militarium. *Par*, autem inquit, et *dispar* non autoritate, nam is erat praefectus praetorio, ut dicam ad p. 91 sed mutuam Iustiniani imperatoris benevolentiam, et Iustini iunioris ex sorore nepotis fide, atque etiam dignitate. Nam subdit Corippus:

— *Dispositu nam Caesar eras.*

Denique abusu, qui posteaquam Iustinus senior ex eo gradu ad imperium ascendit, primum coepit inolere, ut officium *curpalatae* gradus proximus esset ad imperii fastigium perveniendi; quamquam Caesares prius creabantur, ut de Tiberio Corippus ait l. 4 et S. Nicephorus de Mauritio. Quis Iustino in ea dignitate successerit non liquet; sed Iustiniani tempore *curpalatae* fuerunt eiusdem nepotes Marcellus, Marcianus, Iustinus, de quibus infra in genealogia Iustiniani; post Iustinum Baduarius, Tiberius, et Mauritius. Video eruditos viros confundere *praefectum praetorianorum*, qui est *cura palatii*, ac *praefectum praetoriorum*. Sed de hoc infra p. 91.

P. 44, 8. *Senex capularis*] Annos natus octo, et sexaginta. Theodorus Lector, *ἄνδρα πρεσβύτατον*, homo qui ad summam senectutem vixerit, infra Procopius, *ἰσχατόγερον*, reliqua ad p. 45.

P. 44, 9. *Analphabetus*] Anni excurrunt centum et viginti, nec amplius, ex quo Iustinianus dicitur, et vulgo habetur *analphabetus*: nempe post impressum Mediolani Suidam, A 18 quem Demetrius Chalcondyles de Graecis litteris benemeritus emendavit. Desinant eruditi iurisconsulti Andreas Alciatus, Gulielmus Budaeus, alique Iustinianum suum scribere indoctum ac plane rudem; et mendosum Suidae locum, qui occasionem illis fecit errandi, ex hoc Procopii corrigant, unde illa verba Suidas describit, *ἀμάθητος γραμμάτων ἀπάντων καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναγράφητος*, quae de Iustino Procopius dixit, non de Iustiniano. Quem *fidem suam chirographo scriptam proprio ad sedem apostolicam misisse* testantur historiae, et Anastius in Ioanne secundo. Recte habent omnes Suidae co-

Dices Vaticani Ἰουστινῖος. Verum ex eadem illa Chalcondyliana editione iam diu poterat illud mendum tolli, si quis animum attendisset; nam in voce ἀμάθης, haec eadem Procopii sententia profertur integro Iustini nomine. At frequens sane est librariorum lapsus in his duobus Iustini ac Iustiniani vocabulis, cum in hac historia, ut infra, et in *notis censoriis* monebimus, tum alibi apud Evagrium, aliosque scriptores, ita ut viri gravissimi eam ob rem longe a veritate historiae aberrarent. Nam Athalarici Gotthorum regis legatio de pace quae habetur l. 8, variat. Cassiodori epist. 1 ad Iustinum est, quemadmodum legimus in Vaticano codice; non ad Iustinianum, ut titulus editionis Parisiensis prae se fert, et vir doctus Baronius credere non dubitavit. Siquidem ait Athalaricus: *primordia itaque nostra, solatia mereantur principis longaevis habere.* Atqui Iustinianus κομιδῇ νέος, *admodum adolescens* erat (ut statim subdit Procopius) cum Athalaricus eam legationem adornabat. Ait praeterea; *vos genitorem meum in Italia palmatae claritate decorastis.* Sed genitor Athalarici Eutharicus ante novem annos quam Iustinianus Caesar esset, et ab eo consul creari posset, palmatam induerat in Italia, nec diu post, diem obierat. Ait demum; *desiderio quoque concordiae factus est per arma filius, quamvis vobis pene videbatur aequaevus.* Ergo Iustinianus qui non solum plena pubertate Eutharicum non praecedebat, sed κομιδῇ νέος, *plane adolescens* erat, senem adoptavit, a quo multis annorum decuriis superabatur. Lege Iornandum lib. rer. Getic. extremo. Haec obiter, sed necessario movimus; plura infra ad p. 45 lin. 15, 135 lin. 16. Et in *Notis censoriis* ad. p. 27 lin. 36.

P. 44, 12. *Proclus*] Alius est Proclus insignis mathematicus, qui hoc tempore florebat, et Anastasii imperatoris mortem coniecit, et Vitaliani classem miro artificio combussit, ut Marcellinus et Evagrius narrant. Hic vero fuit Pauli Byzantii filius iuris consultissimus, ἀνὴρ δίκαιος καὶ χρημάτων ἀδωρότατος, *homo iustus, nullisque largitionibus corrupendus*, qui Iustinum imperatorem paratissimum ad Chosroëm Cabadae Persarum regis filium sibi adoptandum, a sententia deterruit, ne ad Persas, inquit, Romanorum imperium veniret. Quod imperante Iustino universa Romana respublica ab huius ore, ut ait Procopius, penderet, sub eius signo aeneo scriptum id erat Constantinopoli.

Πρόκλος ἐγὼ Βυζάντιος, ὃν περὶ δῶμα
 τηλεθάοντα δίκης βασιλῆος ἤρπασεν αὐλή,
 ὄφρ' εἴην στόμα πιστὸν ἐρισθενέος βασιλῆος.
 ἀγγέλλει δ' ὅδε χαλκὸς ὅσον γέρας ἐστὶν ἀέθλων.
 καὶ τὰ μὲν εἴκελα πάντα καὶ υἱεὶ καὶ γενετῆρι,
 ἐν δ' ὑπάτων ῥάβδοισι παῖς νίκησε τοκῆα.

A 19

Hoc epigramma, quod Ioannes Brodaeus parum intellexit, ex hoc Procopii loco illustratur. Quod ait de consulatu, de honorario intelligas necesse est.

P. 44, 14. *A magistratu, qui id muneris habet*] Habebat id munus primarius a secretis, quem posteriores orientis imperatores *Κανικλίωνα*, sive τὸν ἀπὸ *Κανικλίου* nominarunt. Frequens est eius mentio apud Gregentium episcopum Taphrensem, Codinum, Nicetam, et recentiores historiae Graecae scriptores. Huius magistratus officium, ac nominis rationem statim explicabimus.

P. 44, 15. *Quae legi Latine possent*] Etiamnum videmus ad calcem Graecarum constitutionum subscriptiones imperatorum, notasque consulum Latinas, sed non ita multo post obsoleverunt. Lege 74. novellam Iustiniani, et has notas ad p. 68 lin. 28.

P. 44, 15. *Formam quatuor litterarum*] Audieram in archivo Cassinensi haberi Iustini diplomata eiusdem manu consignata: ex quibus formam illarum quatuor litterarum excipere, earumque longitudinem latitudinemque, et apicum ipsorum ingenium summa qua fieri potuisset industria adamussim exprimere, tibi que Lector proponere constitueram. Sed perferitur ad me ibi Iustini nomen integrum esse. Quare diplomata quae aliis etiam de causis suspectae fidei olim Baronio visa sunt, ex hoc Procopii loco imposturae iam quisque facile convincat. Caeterum Proclus quae quatuor illas tantum litteras tabellae incidendo non commoditati modo Iustini consuluit, sed etiam priscorum Romanorum usum utcumque retinuit; qui, autore Plutarcho, praenomina integra non scribebant, sed una litera, ut M. T. L. duabus, ut C. tribus, ut S. S. S. Ausonius,

*Lucius una quidem, geminis sed dissita punctis
Littera praenomen sic nota sola facit.*

Verum haec consuetudo paulo post intermissa est: nam orientis imperatores integrum nomen arcanis quibusdam nodis, et implicationibus litterarum scribere coeperunt, ut in antiquis eorum diplomatibus apparet; et mentio est in sexta synodo, actione 12 *μονογράμμου* imperatoris Constantini Pogonati, quod continebat has voces, *Κωνσταντίνου δεσπότου*. Et in capitulis Caroli Calvi. *Ut in denariis novae nostrae monetae ex una parte nomen nostrum habeatur in gyro, et in medio nostri nominis monogramma*. Verum unica littera I. suum notare Iustinianum consuevisse nomen Corippus indicare videtur libro primo extremo, quamobrem et iota Iustinianum apicem vocat.

*Sic decus imperii sanctum, sic Iota resurgens
Exortum est de fine suo seniumque reponens*

*Nominis et recti Iustino in principio vivit
Iustinianus apex domini. ———*

A 20

P. 45, 1. *Colore imbutus, quo scribere mos est imperatoribus]* Gregorius secundus ad Leonem Isaurum imperatorem. *Litterae tuas, et non alienae sigillis imperatoris obsignatae diligenter essent, et accuratae intus subscriptiones per cinnabarin propria manu tua, ut mos est imperatoribus, subscribere. Cinnabarin* vocavit ob coloris similitudinem; sed imperatorium *encaustum* purpureum erat ex murice. *Sacri affatus quocumque nostrae mansuetudinis in quacumque paginarum scripserit autoritas, non alio vultu penitus, aut colore, nisi purpurea tantummodo inscriptione lustrentur: scilicet ut cocti muricis, et triti conchylii ardore signentur. Hanc autem sacri encausti confectionem nulli sit licitum, aut concessum habere.* l. 6 c. de divers. rescript. *encaustum* hodie in Italia dicimus *enchiostro*; *encausta*, et *encaustaria* legendum ad l. 9 c. de agric. liquor ille purpureus, quem hic non atramentum, sed purpuramentum vocare liceat, servabatur in atramentario, nisi dicere etiam malis, purpuramentario; quod cum caniculi formam effigiemque prae se ferret (quales atramentariorum formas hodieque usurpamus) ob id CANICULUS est appellatum. Et a CANICULO erat, qui Caesari eiusmodi purpuramentarium ministrabat. Anastasius Bibliothecarius ad octavam synodum act. 10. *Praepositus caniculi est, qui curam et custodiam gerit caniculi, id est, atramentarii, ex quo imperator PHOENICEAS litteras scribit in chartis.* Ad nomen si quid praeterea Caesari subscribendum erat, id praepositus caniculi manu sua exarabat, quod in calce eiusdem synodi Christophorum Basilii imperatoris a caniculo fecisse liquet. Praeficiebantur caniculo primarii a secretis, quorum magna dignitas et autoritas fuit, utpote quae solis tandem imperatoris sanguine propinquis concederetur. Quae Iunius de hoc officio apud Codinum, nugae sunt.

P. 45, 5. *Lupicinas]* Sanctus Nicephorus in chronico *Euphemiam* appellat. Uterque bene; illud vocabulum natalitium fuit, hoc nomine a Iustino, populoque Constantinopolitano Augusta consalutata est, ut habent Graeci scriptores quos infra ad p. 45 lin. 2 laudabimus. Victor Tunnensis in chronico. *Iustini coniuX Lupicina nomine dicebatur, quam Constantinopolitani Euphemiam postea vocaverunt.*

P. 45, 8. *Insignis homo stoliditatis]* Idem, sed modestius l. 1 bell. Vand. οὐπω μὲν ἤκοντι ἐς βασιλείαν, διοικουμένην δὲ αὐτήν κατ' ἐξουσίαν, ἐπεὶ οἱ ὁ θεῖος Ἰουστίνος ὑπέργηγώς τε ὦν ἐβασίλευε, καὶ τῶν κατὰ τὴν πολιτείαν πραγμάτων οὐ παντελῶς ἔμπειρος. *Nondum ad imperii administrationem accesserat Iustinianus, eam tamen summa exercebat autoritate,*

quod Iustinus avunculus imperator exacta iam esset aetate, et reipublicae gerendae haud omnino peritus. Vide infra ad p. 45 lin. 5.

P 104
A 21
P. 45, 9. *Iustinianus sororis filius*] In Graeco est ἀδελφιδούς, sic etiam Evagrius, et Cyrillus Scythopolitanus Procopii aequales; Theophanes vero, et alii posteriores ἀνεψιόν, Anastasius Bibliothecarius vertit *nepotem*, Graecae vocis ambiguitatem secutus, quae tum ex fratre, tum ex sorore filium significat. Vide quae supra notavimus ad p. 22 lin. 38. Latini eius temporis historici explicatius, Marcellinus in chronico *ex sorore nepotem* dixit: sic etiam Iornandes, qui anno Iustiniani vigesimo quarto scribebat, et *Avunculum* Iustinum appellavit, nempe matris Iustiniani fratrem. Andreas Alciatus l. 4, dispunct. c. 7, et Hubertus Goltius in fastis, Iustiniani parentem Iustinum fecerunt. Fortasse quia sic eum in constitutionibus saepe Iustinianus nominavit; sed adoptatus est a Iustino, non genitus.

V 348
P. 45, 10. *Aetate iunior*] Graeco est κομιδῆ νέος, *plane adolescens*. Quoto aetatis anno ad rempublicam accesserit Iustinianus, inter antiquos scriptores non convenit, minus inter recentiores. Hubertus Giphanius in comm. de Iustin. sub Zenone imperatore consule Fausto natum, ex Marcellino refert; verum id in Marcellino nusquam legimus; Theophilus Iustiniani praeceptor licet sub Zenone et Acacio patriarcha dicat, consulatum tamen reticet. Panvinus l. 3 fastorum, anno aetatis quarto et quadragesimo imperium cepisse, nullo autore, narrat; fortasse accepit a Zonara, qui quintum et quadragesimum notat annum. Pugnare tamen secum Zonaras videtur, ubi narrat Iustinum avunculum recusasse Iustinianum imperii socium habere, atque id urgentibus principibus dixisse; *vobis optandum est ne hanc purpuram iunior aliquis induat*: nam non est iunior qui quinque et quadraginta annorum est. A Zonara parum discrepat Nicephorus, qui anno aetatis octogesimo secundo Iustinianum obiisse scribit. Scholium ab erudito viro descriptum olim offendi in manuscripto Vaticano. Κωνσταντίνα ἡ γαμετὴ Μαυρικίου ἐγέννησεν υἱόν, ὃν ὁ Μαυρίκιος ἐπωνόμαζε Θεοδοσίον. τῶν οὖν Βενέτων κραζόντων Ἰουστινιανὸν καλεῖσθαι, οἱ Πράσινοι ἔκραζον Θεοδοσίον, διὰ τὸ Θεοδοσίον τὸν βασιλέα ὀρθόδοξον γενέσθαι, καὶ πολλὰ ἔτη ζῆσαι. ἤρξαντο οὖν οἱ Βένετοι λέγειν, τὰ δωρηθέντα ἔτη τῷ Ἰουστινιανῷ ὁ Κύριος παράσχοι σοι ἐν εἰρήνῃ, ὅτι εἰς ἓ ἔτη καὶ πλείω. ἢ γὰρ ζωὴ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου ἐγένετο ἔτη ν'. *Constantina Mauricii coniux filium genuit, quem Mauritius Theodosium nominavit; at Veneti Iustinianum appellandum contendebant: contra Prasini Theodosium, quod ille orthodoxus fuerit, diuque vixerit. Tum Veneti acclamarunt, Iusti-*

niani tibi deus annos cum pace concedat; nam illius nonaginta et amplius anni fuerunt, Theodosii vero quinquaginta. Pro nota ζ repono non dissimilem, eidemque proximam in ordine numerorum π , ut sint anni octoginta; vereor enim ne in eo scholio mendum sit, vel in Venetorum acclamatione adulatio. Nam ut nonaginta Iustiniani vitae annos computemus, addendi sunt ad novem atque triginta eius imperii, unum et quinquaginta: atqui virum unius et quinquaginta annorum aetate iuniorem Procopius minime dixisset. Quamquam, ut plane liquet, non tum aetate iuniorem fuisse dicit Iustinianum Procopius, cum Caesar declaratus est; sed cum in ipso Iustini principatus exordio per licentiam, vel avunculo permittente A 22 sibi administrationem imperii sumebat. Quando κραταιῶς ἀντείχετο τῆς πολιτείας, cum potestate rempublicam gerebat, ut Cyrillus Scythopolitanus loquitur. Tunc vero quantum coniectura assequi possumus, tertium et trigesimum aetatis annum Iustinianus agebat. Nam sub finem Anastasii dominatus Byzantium venisse Iustinianum trigenario maiorem Theophilus eius praeceptor affirmat. In obscuro quidem est annus, et consulatus; dies vero Iustiniani natalitius fuit quinto Idus Maii, Indosque ea die celebratos, apud Theophanem notatos habes ad annum vigesimum primum, et vigesimum octavum. Ridiculam est commentum interpretis ad ea verba Suidae in voce Τυμβογέρων. Πρὸ κδ'. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς τυμβογέρων ἦν ἤδη. Non constat, inquit, quid sibi velint haec πρὸ κδ'. id est, ante viginti quatuor: fortasse legendum, ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς πρὸ κδ'. ἐτῶν ἦν τυμβογέρων, hoc est, Iustinianus autem imperator ante vigesimum quartum aetatis annum erat iam ut senex decrepitu. Nugae; Suidas citat huius historiae verba ad p. 29. Deinde de Iustino loquitur, P 105 non de Iustiniano. Tertio, dictio compendiarium, quam iste numerariam notam interpretatur, Procopii nominis (cuius verba citantur) compendium est; ita Προκῶ.

P. 45, 10. Qui summam moderabatur imperii] Id constat ex loco, quem paulo ante laudavi l. 1 de bell. Vand. et ex alio l. 1 de aedif. ubi restorationem templi Blacherniani a Iustino factam Iustiniano nepoti tribuens Procopius, sic rem excusat, quod in impressis non habetur. αὐτῷ γὰρ λογιστέον καὶ τὰ Ἰουστίνῳ εἰργασμένα τῷ θεῷ, ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν κατ' ἐξουσίαν αὐτὸς διακείτο. Nam Iustiniano, inquit, adscribenda sunt Iustini avunculi gesta, cum huius imperium ille summa auctoritate administraret. Et Cyrillus Scythopolitanus ait Iustinianum antequam Caesar renunciaretur, fuisse πατρικιον, ὕπατον, στρατηγόν, καὶ τῶν τῆς πολιτείας πραγμάτων κραταιῶς ἀντεχόμενον, patricium, consulem, ducem exercitus, et cum potestate rempublicam rexisse.

P. 46, 11. *Amantium eunuchorum aulae principem*] Marcellinus palatii praepositum nominat; Evagrius imperatoris cubiculi praefectum. Erat is eunuchus, eaque re cum sibi quaerere imperium non posset, id optabat Theocrito familiari suo; unde perduellionis suspicionem incurrens, a Iustino necatur: addit Marcellinus causam haeresis Manichaeorum, quare ἀντάρτης τῆς τριάδος, rebellis trinitatis a Tyriis vocatus est, et a Byzantiis *Zummas* ab insigni Manichaeo eiusdem nominis: Procopius iniuriam illatam Ioanni patriarchae; fortassis occasio necis captata hinc est. Huius Amantii domus erat, quae deinde sancti Thomae ecclesia fuit Constantinopoli, ut est apud autorem originum CP. et Zonaras confirmat. Antiqua tamen inscriptio Pauli Silentiarrii ad domum suam templum aedificasse Amantium testatur.

Τόνδε θεῶ κάμες οἶκον Ἀμάντιε μεσσόθι πόντου

Τοῖς πολυδινήτοις κύμασι μαρνάμενον.

Οὐ νότος, οὐ βορέης ἰερὸν σέο δῶμα τινάζει,

Νηῶ θεαπεισίῳ τῶδε φυλασσόμενον.

Ζῳοῖς ἤματα πολλὰ· σὺ γὰρ νεοθηλέα Πῶμην

Πόντῳ ἐκαίξας θήκω παιδοστέραν.

P. 46, 13. *In Ioannem urbis antietitem*] Quem quod plurimum Iustinianus, ut hic vides, amabat, *oecumenici* nomen A 23 tunc primum sibi arrogantem non compescuit, ut in praefatione diximus. Cum hic fuerit Cappadox, a nonnullis confunditur cum alio eiusdem cognomine et concive; sed hic presbyter fuit Constantinopolitanus, ut Theophanes narret, et Timothei patriarchae Syncellus, et anno Iustiniani tertio moritur; alter vero Ioannes Cappadox praetorii praefecturam cepit primum sub Iustiniano; nam sub Iustino eam gessit Marinus, dein Appion patricius, et alii, quos vide infra ad p. 92.

P. 46, 15. *Vitalianum Tyrannum*] Numeratur a Procopio l. 1 bell. Pers. inter duces exercitus Anastasii imperatoris, adversus quem deinde arma sumpsit. Extincto Anastasio ad rempublicam revocatur a Iustino, septimoque receptionis suae die, ut Marcellinus ait, *magister militiae ordinatur, deinde consul*. Tanta fuit apud Iustinum autoritatis, ut eo instante Severum et Iulianum Haereticos iusserit exulare; et sanctus Hormisda papa ad eum scripserit de gravioribus ecclesiae rebus, ut est in epistola Iustiniani ad eundem Hormisdam: in qua cum fratrem eum Iustinianus appellet, Arnoldus Uvion sic accepit, quasi de Germano fratre dixerit; sed perperam. Nam Vitaliani, et Iustiniani nepotes, nempe *Ioannem* et *Germanum*, non modo consanguineos fuisse negat Procopius, sed familiae dignitate longe inter se distasse etiam affirmat supra p. 23. Praeterea fuit Vitalianus genere *Scythia*, ut Marcellinus habet, *Patricioli filius*, ut Procopius narret l. 1 de bell. Pers.

Iustinianus vero *Illyriensis* ex patre *Sabbatio*, ut infra p. 57 narratur. In ea vero epistola *frater* Iustiniani dicitur, non sanguine, sed *ἀδελφοπιστία* quam Graeci vocant, *iurata fraternitate*. Nam Vitalianus ob affectatam sub Anastasio tyrannidem sibi timens, publicam postulavit fidem, quam Iustinianus nomine Caesaris non solum dedit, sed etiam super sacram mensam, ritu Christianis consueto, *ἀδελφοπιστία*, i. e. *iurata mutuo fraterna fide*, Vitalianum sibi devinxit; quod curiose Procopius illis verbis observavit, *ὅ δὴ τὰ πιστὰ πρότερον ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας παρέσχετο διαλαχῶν αὐτῷ τῶν ἐν Χριστιανοῖς μυστηρίων*: P 106 *impunitate promissa, fide publica, una susceptis Christianorum mysteriis*. Sic et Strategium aerarii praefectum Iustiniani *fratrem* appellatum video in historia de templo sanctae Sophiae, quem ibidem infra *ἀδελφοποιητὸν* autor nominat: nam Strategio Appius Aegyptius pater fuit, ut Innocentius Maronianus scribit in epist. ad The matem. Hos etiam *ἀγαπητούς* nominare Christiani consueverant; quare Felix papa quartus cum adhuc laicus fraternam fidem Iustiniano iurasset, exinde dictus est *Ἰουστινιανοῦ ἀγαπητός*, ut in Romanorum pontificum serie Graece conscripta observavi. Hac eadem ratione et fide Iustiniani frater fuit Theodoricus Gotthorum rex, ut Theophilus Iustiniani praeceptor explicat. Ritum hunc *ἀδελφοπιστίας*; antiquissimi patres hausto Christi poculo sacrum fecerunt, quibus curae fuit evertere illas humani cruoris potiones, quas adhibuerunt non solum barbari, et orientis populi, ut refert Lucianus in lib. de amicitia, cui titulus est *Τόξαρις*, sed etiam A 24 Romani ad amicitias, foedera et coniurationes stabiliendas.

P. 46, 16. *Dato offensionis loco*] Haec acerbius Zacharias apud Evagrium l. 4 c. 3. Emendandus est Theophanes, qui populo Constantinopolitano Vitaliani caedem adscribit, *διὰ τὸ πολλοὺς ἀνηρηκέναι τῷ καιρῷ τῆς ἐπαναστάσεως αὐτοῦ κατ' Ἀναστασίου, quod, inquit, multos deleverit quo tempore in Anastasium arma sumpserat*. Sed Vitalianus quam fuerit populis acceptus, publicae illae acclamationes declarant. *Vitaliani patricii multi sint anni. Vitaliani orthodoxi multi sint anni*; quas Epiphanius Tyrius in epist. refert.

P. 46, 17. *Eum in aula impie contrucidavit*] Victor Tunnensis eorum temporum aequalis. *Vitalianus Constantinopoli intra palatium, loco quem Delphicum Graeco vocabulo dicunt, Iustiniani patricii factione dicitur interfectus fuisse*. Extincto Vitaliano, qui erat magister militiae, Iustinianus designatus est dux Romanarum legionum. Ita Zonaras; Con- V 349 stantinus Porphyrogenitus l. 1 Them. 12. *Ὁ μέγας ἐκεῖνος καὶ περιβόητος βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς (ὅτε τῶν σκήπτρων ἐκράτει τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ὁ τούτου θεῖος Ἰουστίνος) μονοστράτηγος τῶν Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων Καῖσαρ ὢν ἐχρημάτιζε*.

Magnus ille ac celebris imperator Iustinianus (imperante Iustino avunculo) solus Romanarum legionum dux, cum iam Caesar esset, appellabatur. Στρατηγὸν eum appellat in senatu Proclus quaestor apud Procopium l. 1 bell. Pers. Sed corrigendus est Constantinus; nam Procopius ibidem diu post Iustinianum censalutatum fuisse Caesarem affirmat. Σίττας καὶ Βελισάριος νεανία μὲν καὶ πρῶτω ἐκπαιγνῆτα ἦσαν, Ἰουστινιανοῦ δὲ στρατηγοῦ δορυφόρω, ὃς χρόνῳ ὑστερον ξὺν Ἰουστίνῳ τῷ θεῷ τὴν βασιλείαν ἔσχεν. Sittas et Belisarius primae lanuginis adolescentes satellites erant Iustiniani militiae magistri, qui diu post cum Iustino avunculo habuit imperium. Clarius Cyrillus Scythopolitanus Procopii aequalis, Ἰουστίνος Ἰουστινιανὸν ἀνθ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοκράτορα κατέστησε πατρικιον, καὶ ὑπατον ὄντα καὶ στρατηγόν. Iustinus Iustinianum ex sorore nepotem suo loco imperatorem constituit, qui iam erat patricius, consul et magister militiae.

P. 47, 1. *Duae populi factiones*] Duae, quae seditiones agitent; nam alioqui quaternae Circensium Aurigarum priscae factiones erant: adde *Prasinis* et *Venetis Albatos*, et *Rusatos*, de quibus omnibus extant epigrammata in l. 5 Anthologiae. Domitianus τοῖς ἀρματηλάταις δύο γένη ἕτερα, τὸ μὲν χρυσοῦν, τὸ δὲ ἀργυροῦν ὀνομάσας προσεκατέστησε. *Ad numerum Aurigarum*, inquit Dio, *duos alios ordines adiecit, quorum alterum Auratorum, alterum Argentatorum vocavit.* Sunt qui efferant *Prasianos*, et *Venetianos*: ita Antoninus imperator in vita sua; et antiquus lapis.

P 107

VICTORIA

VENETIANORUM

SEMPER

FELICITER.

A 25 *Prasinos* qui viridi colore utebantur, nonnunquam Marcellinus *cereales* dixit. Dio l. 59 illorum vestem βατραχίδα, *ranuncularem* a ranarum viridate vocat. Veneti a Graecis dicti Κυάνοι, hoc est, *caerulei*, confirmatque Vegetius; quod Christophorus ad c. 31 l. 4 Evagrii parum animadvertit. Τὸ Βένετον ἀπὸ Βενετίας ὀνομάσται, ἐν ᾗ γίνεται κυανὰ χρώματα. *Venetus color a Venetiis dicitur, ubi caerulei colores fiunt.* Male, nam ante conditas Venetias id nomen fuit; Venetae namque factionis meminit Suetonius in Vitellio c. 14. *Prasinae*, Dio l. 59. De origine Venetorum, ac Prasinorum sic in antiquis historiarum collectaneis cod. Vat. 96 legebam. Οἰνόμαος πρῶτος ἐφεῦρε τὰ τοῦ ἵπποδρόμου χρώματα, ἀγωνιζομένης γῆς καὶ θαλάσσης. ἐβάλλοντο κληροί, καὶ ὃν Ἰλαχεν ὑπὲρ τῆς γῆς ἀγωνίζεσθαι ἐφόρει χλοανόν, ὃς δὲ ὑπὲρ τῆς θαλάσσης κυάνειον, καὶ ἐποίησε τὸν ἀγῶνα μαρτίου εἰκοστῆ τεταέρτη. Καὶ εἰ μὲν τὸ χλοανόν ἐνίκαι, τῆς γῆς εὐφορίαν ἠλπίζον· εἰ δὲ τὸ

κυνάνειον, τῆς θαλάσσης εὐκλοῖαν. Καὶ ἤρχοντο οἱ μὲν γεωργοὶ τὸν χλοανὸν νικᾶν, οἱ δὲ αὖ πάλιν ναυτικοὶ τῷ κυνάνειῳ ἐβούλοντο τὴν νίκην. *Oenomaus primus adinvenit Circensium colores, quibus terrae ac maris quasi certamen repraesentavit. Mittebantur sortes; quem vero contigisset terrae vicem agere certando, ille vestem viridem induebat; caeruleam autem qui partes maris agebat. Hoc certamen vigesima quarta die Martii Oenomaus constituit. Quod si color viridis vicisset, terrae fertilitatem omnes sperabant; si caeruleus, tranquillam maris navigationem. Quare agricolas optabant victoriam viridi colori: nautae, caeruleo.* Praeter haec quae Procopius narrat de Venetorum, Prasinorumque seditionibus, lege l. 1 de bell. Pers. Evagrium ibidem, Marcellinum in chronico, Theophanem, et Zonaram in Iustiniano. Vide has notas infra ad p. 43 lin. 13 et 83 lin. 80.

P. 48, 4. *Us Massagetae solent, quare hunc habitum Hunnicum appellant*] Non Hunnorum, non Massagetarum, sed Saracenorum proprium alii hunc habitum fuisse narrant; Gentilibus passim omnibus hoc tribuit Hieremias c. 10 *super omnem attonsum circa faciem suam.* Οἱ Σαρακηνοὶ (ad eum locum ait Theodorus Mopsuestenus) τὴν κόμην κατὰ τὸ ὀπισθεν μέρος ἐῶντες μόνον ἀποκείρονται τὸ μέρος τὸ ἐπὶ τὸ μέτωπον, οἳ εἰσὶν οἱ νῦν λεγόμενοι γεντίλιοι. *Comam aut occipitium promittentes Saraceni, partem solummodo tondent, quae fronti imminet; hos hodie Gentiles appellamus.*

P. 48, 9. *Intenta manu, etc. alios incitarent*] Haec studia faventium in circo festive Caesarius describit dialogo primo initio; sed hic ea tantum delibo quae ad χειρονομίαν pertinent. Τὴν χεῖρα, inquit, κατ' αὐτῶν παρατείνοντες καὶ τῷ λιχανῶ δακτύλῳ τοὺς ἔχομένους παίοντες, καὶ τὴν παρειᾶν παρακινῶμενοι, καὶ ἀστάνδροι ἐπὶ τοὺς σταδιοδρομοῦντας διανιστάμενοι χειρονομοῦσιν αὐτοῖς τὰ δοκοῦντα πρὸς τὸ ἔπαθλον.

P. 49, 2. *Antshac armati fere omnes*] Haec de Venetorum Prasinorumque facinoribus narratio quaedam veluti tabula est, in qua contemplari licet, quid sceleratorum in urbibus licentia possit, quando principum favore studiisque foveatur. Neque ad haec Procopii confirmanda operaepretium est aliorum testimonia scriptorum in medium adducere. Satis sit haec Iustiniani tempora ex modestiore aetate, et imperio Theodosii magni conicere, quod licet hisce factionibus blanditum non sit, earum tamen gravissime damnum sensit, ut Gregorius Nazianzenus iambis declaravit ad Seleucum.

Ἰθάμα πωλικῶν ἵπποδρόμων
πόλεις διασπᾶ, δῆμον εἰς στάσιν φέρει,
μάχας διδάσκει, λοιδορον θίγει στόμα,
τέμνει πολιτῶν φίλτρα, συγκρούει γένη,

καταισχύνει γέροντας, ἐκμαίνει νέους,
 ἔχθρας ἀνάπτει φιλιάτων, πατεῖ νόμους,
 καὶ πρὸς γε τούτοις χρημάτων σαφῆς βλάβη.
 πόσους μὲν οἴκους ἀθρόους κατέσκαψε;
 πόσους προσαιτεῖν πλουσίους ἠνάγκασε;
 πόσας δὲ τὸ πρὶν εὐνομουμένας πόλεις
 ἄρδην καθείλεν; ὡς γὰρ ἠβῶσα στάσις
 φόνοις δυναστῶν ἔχρανε δήμου χέρας,
 χήρωσεν ἀνδρῶν τὰς πόλεις νέμφ ξίφους,
 πῦρ καὶ σίδηρος τὰς πόλεις ἐπιέματο,
 σφαγαῖς κολάζων τὰς σφαγὰς, φόνοις φόνους.

P. 52, 4. *Neque impunes hac violentia nuptias foeminae]*
 Et statim exemplo id confirmat Procopius. At illa mulier fuit
 violentia sceleratorum immunis, quae morte stuprum antever-
 tit. Sed plane non deerant historico exempla, quae adamas-
 sim narrationi convenirent. Petrus Apamensis homo factionis
 Venetae, militis cuiusdam cognomento Psephae coniugem con-
 stupravit, ἢ μὴ δυνηθεῖσα τὴν ἄστονον ἐπιθυμίαν τοῦ ἀνδρός
 φυγεῖν εἰς σφαγὴν ἀπεχώρησε τραγωδοῦσα τὰς τε οἰκίας, καὶ
 τοῦ γεγαμηκότος ἐπονειδίστους ξυμποράς. *Quae cum scelerati
 hominis perditam vitare cupiditatem nequivisset, suae et ma-
 riti infamiae tragicum plane remedium adhibens in suam cae-
 dem prorupit.* Episcopi secundae Syriae in epist. ad Conc.
 sub Iustiniano.

P. 53, 5. *Iisque magnas largiretur opes, etc.]* Evagr.
 l. 4 c. 31. ὥστε καὶ μαιφονίας αὐτοῦς ἐν μέσῃ ἡμέρᾳ. καὶ
 ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐργάζεσθαι τῶν ἀπεναντίας, καὶ μὴ μόνον
 ποινὰς μὴ δεδιέναι, ἀλλὰ καὶ ἀξιουῖσθαι γερῶν. *Ut impune
 possent ipsa meridie in media civitate adversarios trucidare,
 et non modo non poenas metuerent, verum etiam dignarentur
 praemiis.*

P. 53, 11. *Cum neque eorum sensum aliquem acciperet
 quae se spectante in circo fierent]* Non solum hoc ait de fa-
 ctiosorum caedibus, sed etiam de conviciis et contumeliis in
 principes, in Theodoram Augustam, et in Iustinianum a vilis-
 sima plebe iactis. Chron. Alexandr. πολλῶν ὕβρεων γενομέ-
 A 28 *ων μεταξύ τῶν μερῶν Βενέτων τε καὶ πρασίνων, καὶ πολλὰ
 λοιδορήσαντες τὸν βασιλέα κατηλθόν οἱ πράσινοι ἐάσαντες τὸν
 βασιλέα καὶ τοὺς Βενέτους θεωροῦντας. Inde multis inter ge-
 minas factiones Venetorum et Prasinorum iactis conviciis, et
 in ipsum imperatorem, Prasini ex circo descenderunt relictis
 imperatore et Venetis in spectaculo.* Haec in eo chronico di-
 minuta, apud Theophanem vero cum integra habeantur, infra
 ad pag. 56 opportuno loco tibi dabimus cum nostra interpreta-
 tione.

P. 53, 12. *Nam mire stolidus fuit]* At in rebus agendis

Iustiniani peractæ ingenium in hoc libro sæpe Procopius laudat. Ibi florentis ætatis fervorem, hic senescentis languorem stuporemque notat. Menander Iustiniani protector, οὐ γὰρ ἔσφραγα οἱ τὸ σῶμα, οὐδὲ ἤκραζεν ἢ ἀλκή, ἀλλ' ἦδη γηραλέος τε ἦν, καὶ τὸ ἀνδρείον ἐκείνο φρόνημα μετεβέβλητο εἰς τὸ ἄθυμότερον. *Neque enim amplius vegeto erat corpore, viribusque florentibus; sed iam senuerat, et fortis ille animus in segnitiam recordiamque degeneraverat.* Agathias l. 5. ταῦτα Ἰουστινιανῷ νεάζοντι ἔτι καὶ ἐβόωντόν τ' ἐξεργαστο, ἀμφὶ δὲ τὴν ἰσχάτην τοῦ βίου πορείαν ἀπειρημέναι τοῖς πόνοις ἰδοῦσι. *Hæc præcibars acta sunt Iustiniano adhuc iuniori, ac ætate vigenti; verum is postremo vitæ decursu a curis abhorruisse visus est.* Ut vero languorὶ desidiaeque se dederit Iustinianus, et quanto cum reipublicæ damno, lege quæ statim fusc scribit Agathias. De Iustiniani pene stolidâ senectute vide notas has ad pag. 187 ex quibus intelligas, quam frigide Corippus eam stoliditatem in sanctimoniam accipiat ac interpretetur.

Plurima sunt vivo nimium neglecta parenti;

Nulla fuit iam cura senis, iam frigidus omnis

Alterius vitæ solo fervebat amore;

In coelum mens omnis erat, iam corporis huius

Immemor hanc mundi faciẽ transisse putabat.

P 109

P. 53, 12. *Simillimus asino*] Statimque subdit aures Iustiniano agitari solitas; quamobrem publice in theatro Prasini eum illi convioarentur, *asinum* appellabant. Fasti Siculi. ἄλλοι δὲ ἔκραζον, ἐπιπορκίς Σγαῦδαρι. *Alii clamitarunt, peieras, Sgaudari, lege Γαῦδαρι, sive Γαῦδάρη.* Matthæus Raderus, *nescio, inquit, quid hoc vocis; videtur convicium.* Lingua Græcorum vernacula γαῦδαρος, est *asinus.*

P. 53, 16. *Hunnos qui sæpius ad se adventarent*] Lege quæ infra notamus ad p. 49 lin. 27. 35. 37, et p. 50 lin. 12, et p. 87 lin. 11.

P. 54, 5. *Marinis substructionum molibus*] Quas excitavit in Heraeo suburbano; eas in fine primi aedificiorum libri describit Procopius, ibique more suo per speciem commendationis tacitam parat vituperationem, quam aperte in hoc libro erat exaggeraturus. Ἄλλ' ἀποκρήσαι ταῦτα εἰπεῖν βασιλείᾳ τε εἶναι καὶ πρὸς Ἰουστινιανῷ γεγενῆσθαι παρόντος τε καὶ ἐπιτεργνωμένου, καὶ οὐδενὸς ἀπεριόπτου, ὅτι μὴ χρημάτων καθισταμένου. *De hoc toto, inquit, aedificio illud satis sit dicere, regiam esse constructamque a Iustiniano assiduitate, et arte rem urgente, omniaque præter impensas, diligentissimè curante.* Si quis animum attendat, hac solet ambiguitate Procopius, vel etiam ex aliorum opinione, Iustiniani gesta laudare, quæ in ἀνεκδότοις erat vituperaturus. Vide has notas ad p. 50.

P. 54, 16. *Huius hominis formas ducere lineamenta*]

A 28

Cedrenus, οὗτος τὴν τοῦ σώματος ἀναδοξίην εἶχε βραχὺ μείζονα τοῦ μέσου, ἐρυθρὸς τὴν χροιάν χαροπὸν καὶ εὐπερίστροφον βλέπων, καὶ τὴν κεφαλὴν πρὸς κόμης κάλλος μικρὸν ἐπιλωμένην. *Fuit statura corporis aliquantulum mediocrem excedente, colore rubro, aspectu hilari et versatili, capite ad comae pulchritudinem nonnihil glabro.* Omnia respondent Procopianae descriptioni; quod vero addit Cedrenus de coma, et capillitio, perpendemus accuratius ad p. 63. *Fasti Alexandrini: ἦν δὲ ἡ ἰδέα Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως κωνοειδῆς, εὐστηθος, λευκὸς, ὀλιγόθριξ, ἀναφαλᾶς, στρογγύλοψ, εὐμορφος, ἀνθηροπρόσωπος, ὑπογελῶν, μισοπόλιος τὴν κάραν, τὸ γένειον κειρῶν ὡς οἱ Ρωμαῖοι, εὐρινος, ὑπόλευκος.* *Fuit Iustinianus rotunda facie, pectorosus, candidus, raro capillo, recalvaster, rotundis oculis, formosus, florido aspectu, subridens, subcanus, mento rarus ritu Romanorum, naso iusto, subalbus.* Sed haec tumultuarie ex diversis autoribus hinc inde decerpta videntur. Quod ait *mento rarus ritu Romanorum*; ita Gentiles omnes imperatores ante Adrianum, qui teste Dione primus barbaram nutrire coepit; post Constantinum Iulianus Apostata, qui eam ob rem in Antiochenos *μισοπάγωνα* scripsit. Post Iustinianum passim Graeci imperatores barbati. Porro calvitium in Iustiniano, nummi, extremo eius imperio cusi minime ostendunt. Eius haec imago est, Ravennae secundo et vigesimo imperii anno musivo opere expressa. [Vid. fig. 1.]

A 29 P. 55, 6. *Ne Domitiani nomen, vel statua ulla extaret]*
 P 110 Suetonius; *senatus adeo laetatus est, ut et scalas inferri, clypeosque, et imagines eius coram detrahi, et ibidem loco affligi iuberet, novissime eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret.* Idem uberius Plin. in Panegyrico.

P. 55, 10. *Erat Domitiano]* Haec unus omnium historicorum Procopius refert: nam necis Domitiani consciam Domitiam coniugem fuisse scribunt Dio Cassius, Philostratus, Sextus Aurelius, Georgius Syncellus, et alii Graeci, Latiniq̄ auctores. De eius funere narrat haec Suetonius, *cadaver eius populari sandapila per vespilones exportatum Phyllis nutrix in suburbano suo Latina via funeravit.* Haec tamen fidem Procopianae narrationi non minuunt, cum ei contra nihil dicant; et Domitiani aeneam imaginem autor ad sua tempora in clivo Capitolino extasse affirmet, hoc ipsum quod narrat, repraesentantem, non solum forma, sed etiam inscripto titulo: nam fuit Procopius homo Romanae antiquitatis curiosissimus, ut passim in libris de bello Goth. singulari diligentia descripserit urbis moenia, portas, cloacas, vias, aedificia, suburbia; nullusque illo exactius prosequatur viam Appiam, Aeneae navigium, mausoleum Adriani, bovis Myroniani signum in foro

pacis; quae, compluraque alia, et haec ipsa de Domitiano uni Procopio debemus.

P. 56, 13. *Ipsae nihilominus fraudibus passim omnium expositus*] Hanc Procopius *μωρτελαν* appellat, Eustathius Presbyter honestiore vocabulo *ἀπλότητα*, quam tamen exemplis quae narrat plusquam *μωρτελαν* fuisse probat.

P. 57, 5. *Mendaciis fallebat*] Ita ut in theatro per contumeliam ab irata plebe id illi obiiceretur. Fasti Alexandrini: *ἄλλοι δὲ ἔκραζον, ἐπισημαίνοντες τὴν Γαῦδαρον. Ἄλλοι δὲ κλαμῖται, περὶ τῆς Ἀσίνης.* Cum tamen ad Evangelia pro tribunali iurasset. Idem infra repetit p. 62 *factarum saepenumero sponsionum, et sacramento vel tabulis confirmatarum statim oblivionem simulavit.* Non tamen earum, si Paulo Silentario credimus, quas iurans Theodora nomen fecisset.

Ἦν ζῶσαν εἶχες εὐσεβῆ συνσεργάτιν,

Ἐπεὶ δὲ μετήλθε παρέσχες τοῖς ὑπηκόοις

Ὅρκον βοηθόν, ὄρκον ἀφραγέστατον,

Ὅν οὐ κατήλθες, οὐδ' ἐπὶ παραδράμοις.

P. 57, 10. *Aurum ardentissime sitivit*] Evagrius l. 4 c. 29 *ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ἦν μὲν χρημάτων ἀπληστος, καὶ τῶν ἀλλοτριῶν οὕτως ἐπόκειτο ἱραστής, ὥς καὶ τὸ ὑπήκοον ἅπαν χρυσοῦ πικρᾶσκεν.* In Iustiniano tam inexplebilis fuit pecuniae cupiditas, et tam turpis rerum alienarum appetitio, ut subditos omnes pecunia venderet, etc. Eadem scribit Zonaras, quorum integras pericopas habes initio huius libri argumenti loco. Iuliana Anicia intelligens hoc imperatoris ingenium, ut loquitur Gregorius Tunnensis de glor. martyr. c. 133 magnam auri copiam, quam ab ea Iustinianus petierat, artificibus tradit; *ite, inquit, et factis iuxta mensuram tignorum tabulis, ex hoc B. Polyucti martyris cameram exornate, ne haec avari imperatoris manus attingat.*

P. 57, 10. *Sitivit et sanguinem*] Hoc etiam Prasini, populusque Constantinopolitanus publice Iustiniano inclamabant, eratque eis vox illa solemnitas, quam Theophanes refert, *εἶθε Σαββάτιος μὴ γεννηθῆ, ἵνα μὴ ἔχη υἱὸν φονέα.* Utinam in lucem Sabbatius non venisset, certe filium te non habuisset sanguinarium. Fuit Sabbatius Iustiniani pater, ut infra dicemus. Huc etiam illa S. Agapeti pontificis vox pertinet; *ego ad Iustinianum imperatorem venire desideravi, sed Diocletianum inveni.* Anastasius et historia miscell. l. 16. Et Vigilinus; *ut video, non me fecerunt venire ad se Iustinianus et Theodora piissimi principes; sed hodie scio, quod Diocletianum et Eleutheriam inveni.* Anastasius in Vigilio.

P. 58, 8. *Insana munificentia*] Iustiniani prodigiam notant Evagrius et Zonaras, quos paulo ante laudavi. Marcellinus de largitionibus Iustiniani in primo consulatu. *Fa-*

mosissimum hunc consulatum Iustinianus consul omnium orientalium consulum profecto munificentius his liberalitatibus edidit. Nam cclxxxviii. millia solidorum in populum, inque spectacula, sive in spectaculorum machinam distributa, xx. leones, xxx. pardos, exceptis aliis feris, in amphitheatro simul exhibuit. Numerosos praeterea phaleratosque in circo caballos iam donatis quoque impertivit aurigis, una duntaxat, ullaque mappa insanienti populo denegata. Theophanes vero de secundo consulatu. Ἔδωκεν ὁ βασιλεὺς ὑπατείαν, καὶ τοσαῦτα ἔδωκε χρήματα ὅσα οὐδεὶς βασιλεὺς ὑπατεύσας. Dedit populo imperator congiarium, idque tam munificum, ut nullus imperatorum, qui consulatum suscepit. Quod subdit, nullaque ratione barbaris effundebat, vide infra pag. 87 lin. 11.

P. 58, 16. *Acacius quidam erat Byzantii*] Ex hoc loco colligere Theodoraē patriam licet. Nam video Nicephorum, Zonaram, nonnullosque alios, inter hos est Cuiacius ad novel- lam II. quibus huius historiae copia non fuit, asserere Theodoram in ea Cypri urbe natam, quae ob id secunda Iustiniana vocata deinde sit. At secunda Iustiniana est in Epiro, ut infra dicemus. Et ob natale solum Theodoraē, ut aliae, sic ista *Theodorias* nuncupanda fuisset. Vide has notas ad pag. 49 lin. 19.


P. 58, 17. *Ad venationes*] Addidimus *amphitheatrales*; nam de his intelligit l. 3 bell. Gotth. τὸ τῆς πόλεως κνηγετίσιον, ὅπερ καλεῖν ἀμφιθέατρον νενομίκασι. *Urbanarum venationum locus, quem amphitheatrum nominare consueverunt.* Dio Cassius l. 48. Θέατρον κνηγετικὸν ἐκρίνωσας, ὃ καὶ ἀμφιθέατρον, ἐκ τοῦ περὶ ἔδρας ἀνευ σκηνῆς ἔχειν προσεβλήθη. *Theatrum ad venationes circumsepsit; id et amphitheatrum vocatur, quod, nulla in medio scena, circumcirca habeat subsellia.*

P. 58, 17. *Quem vocant ursarium*] In Graeco est ἀρκοτρόφον, *ursorum altorem.* Leontius quidam fuit ἀπὸ ἀρκοτρόφου, qui ex *ursorum altore* monachus evasit, hunc antiquus interpres concilii Chalcedonensis *ursarium* appellavit.

P. 58, 18. *Comitona*] Hanc Iustinianus anno primo imperii tradit in matrimonium Sittae patricio Armeniae duci designato. Theophanes; προεβάλλετο δὲ ὁ βασιλεὺς στρατηλάτην Ἀρμενίας Σίτταν ἄνδρα πολεμικόν, καὶ ἰκανώτατον, ᾧ ἔξενε γυναῖκα Κομιτῶ τὴν ἀδελφὴν Θεοδώρας τῆς Αὐγούστης. *Creavit autem imperator exercitus Armeniae imperatorem Sittam virum bellicosum ac strenuum, cui dedit uxorem Theodoraē*

A 31 *Augustae sororem, nomine Comitona.* An huius Comitonaē, an vero Anastasiae filia fuerit Sophia Augusta Iustini iunioris uxor, quam Victor Tunnensis in chron. *Theodoraē neptem*

appellat, obscurum est. Neque etiam liquet utrius illarum P 112 liberi sint Ioannes consul codicillaris, et Georgius Xenodochii marinae curator, quos Theophanes *συγγενεῖς* vocat Theodoraе imperatricis. En illos de quibus liquet in hoc diagrammate.



Ex his corrige Pseudogordiani epistolas quae habentur in calce chronici Cassinensis. Is Theodoram non solum ex Aniciorum familia, sed etiam Tertulli primarii Romani patricii *cognatam*, et sanctum Placidum martyrem Theodoraе *nepotem* mentitur; sed de hoc infra ad p. 57 lin. 6 et 83 lin. 12.

P. 59, 8. *Impositis puellarum capitibus, manibusque coronis*] Ad maiorem conciliandam commiserationem aspectu trium puellarum virginum, quae infulatis olim coronis dignoscebantur; quas vel revinctas in capite, vel solutas prae manibus, pendentibus infulis vestales virgines in antiquis lapidibus gestantes videmus, et alias etiam quascumque puellas inter sacrificia, et religiones. In Christianarum virginum antiquis tumulis, atque urnis sepulcralibus harum coronarum symbola Romae saepe memini animadvertisse me.

P. 59, 15. *Humerisque subsellium detulit*] Quod ut commodius huc atque illuc portaretur plicatile fuit. Hoc sedium genus hodieque durat: sed circumferendi usus non item; fortasse paulo post Procopii tempora desiit. Vocant Graeci *θρόνους ὀκλαδίας*, ut notat Hesychius: et addit. *οὗς οἱ ἀκόλουθοι φέρονται τοῖς ἐς τὰς ἀγορὰς ἐξιοῦσι πλουσίοις, quos divitiibus in forum prodeuntibus servi deferunt.* Athen. lib. 12. *Ὀκλαδίας τε αὐτοῖς δίφρους ἔφερον οἱ παῖδες, ἵνα μὴ καθίζοιεν ὡς ἔτυχε.* *Complicatiles sedes eis pueri ferebant, ne indecore temereque sederent.* Synes de regno. *τῶν ἀκολούθων οἱ τοὺς χθαμαλοὺς σκιμποδίσκους ὀκλαδίας ἐπὶ τῶν ὄμων ἀνατιθέμενοι, ἐφ' ᾧ τοῖς ἰωνημένοις ἐν ταῖς ἀγυαῖς εἶναι καθίζεσθαι, Σκύθαι V 352 εἰσί.* *Pedisequi, qui sellulas humiles atque plicatiles humeris imponunt, ut iis domini in foris insideant, Scythae sunt.* In hoc Synesii loco pro *ἀγυαῖς*, lego *ἀγοραῖς* ex Hesychio, ex A 32 quo et ex Procopii hoc loco tam perspicuus iam ille est, ut doctus interpres Synesii haerere non possit. Digitized by Google

P. 60, 5. *Inter prostibulas habetur*] Aimoinus l. 2 de Gest. Franc. c. 5 Theodora meretricium refert; at id ipsum, atque totam de Iustiniano, Belisario, eorumque coniugibus historiam tam prodigiose narrat, ut potius ex aliorum sermone, ac levi tenuique fama rem accepisse videatur, quam ex commendata litteris historia. *Iustinianus*, inquit, *et Belisarius quadam die cum coaequaevis sibi lupanar ingressi conspiciunt duas mulierculas ex gente Amazonum sorte captivitatis abductas inibi esse prostitutas; eas illi rapiunt, atque ad proprias domos deducunt. Uni eorum nomen Theodora, alia vocabatur Antonina. Et Theodoram quidem Iustinianus, Antoninam vero Belisarius accepit.*

P. 60, 8. *Mimis in teatro*] In eorum spectacula saepe patres invehuntur; acrius Ioannes Chrysostomus: ea tamen Iustiniani temporibus maxime vigeant. Nam ex septem muneribus, quae a consulibus populo quotannis exhibebantur, quintum hoc erat, *Pornae*, vocatum, de quo novella 105. *Quintum quoque faciet processum, quod ad theatrum ducit, quem Pornas vocant: ubi in scena ridiculorum est locus traegodis, et Thymelicis choris, et spectaculis universis, et audibilibus apertum est theatrum.*

P. 60, 13. *Inflictas alapas tumentibus genis excipiens*] Hoc spectaculi genus carmine Gregorius Nazianzenus exposuit ἐν τῷ Νικοβούλου πρὸς τὸν πατέρα.

ὑβρεσιν ἄλλοι

ἀνδρῶν, θηλυτέρων, πολυκαμπία τέρψιν ἔχοντες,
καὶ μίμων σκιεροῖσι βαπίσμασιν, οἷς ὑπο κόρβῃ
γυμνοῦται φοφίτουσα γελόλιον ἀντὶ γόοιο.

Nunc in foemineis, nunc in probrisque virorum

Dum varios animi lusus, et gaudia quaerunt

Prospiciunt avidi colaphismata; queis sibi malas

Dum retegunt illi, sonitus crepitusque cietur,

Ex quo pro lacrymis oritur gemituque cachinnus.

Et ad Seleucum, μῖμοι γελώων κονδύλοις εἰθισμένοι. *Scurrae, quibus feriri mos pugnorum ictibus.* Tertull. lib. de spectat. *Contumeliis alaparum sic obiicit, quasi de praecepto domini ludat.*

P. 63, 4. *In mulierculas eiusdem theatri*] Ex Byzantiis meretricibus duas tantum habuit amicas Theodora, Chrysomallam et Indaram; quas post acceptum imperium in regia apud apud se continuit, et socias habuit consiliorum. Suidas, Χρυσομαλλῶ ὄνομα ὀρχηστρίδος, εἶτα ἐταίρας. ἤμαξεν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ καὶ Θεοδώρας. *Chrysomalla, nomen est saltatriculae, ac postmodum meretricis, quae celebris fuit Iustiniani et Theodora temporibus.* Innuit huius historiae locum infra p. 78.

P. 63, 5. *Pentapolis praefecto*] Eam intelligit, quae est

in Aegypto, et ab Alexandria decem dierum itinere distat. A 33
Vide infra ubi de reditu Theodoraē ab Hecebolo expulsae.

P. 63, 10. *Oriente toto peragrato Byzantium reducitur*] Orientis provincia, ex qua ultima Byzantium discessit, fuit Paphlagonia. Τὸν ἅγιον παντελεήμονα Θεοδώρα ἡ γυνὴ τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ ἀνήγειρε, διότι ὅτε ἦλθεν ἀπὸ Παφλαγονίας ἐκεῖσε ἐν τῷ ἐμβόλῳ κατῴκει πύνης οὔσα, καὶ ἔρια νήθουσα, ἐξ ὧν εἶχε καὶ τὴν διατροφήν, μετὰ δὲ τὸ βασιλεύσαι ἔκτισε τὴν πενιχρὰν ἐκλήνην οἰκίαν εἰς ναόν. *Theodora uxor magni Iustiniani post reditum ex Paphlagonia in embolo habitavit, ubi propter egestatem lanam nebat, ex quo opificio vitam sustentavit; ubi vero ad imperium pervenit in abiecta illa domo, templum construxit S. Pantaleonis.* Autor de antiquitate urbis Constantinopolitanae. In *embolo* Theodora commorabatur, ubi scilicet abiectissimae meretrices corpora prostitutebant. Hinc apud Plinium *EMBOLARIA*, de qua tot criticorum eruditissimae nugae. *EMBOΛΟΙ* (praeter alias eius vocis acceptiones) sunt *porticus*. Hesychius Milesius in *παρτέλοις* Constantinum muros Byzantii protulisse narrat usque ad *Τρωαδικούς ἐμβόλους*, *porticus Troadenses* vocat autor antiquissimus descriptionis urbis Constantinopolis. Quemadmodum ergo a porticuum fornicibus *fornicariae* mulieres dictae sunt; sic a porticibus ipsis, hoc est, *embolis*, *EMBOLARIAS* alii vocarunt. *Porticibusne tibi monstratur femina voto digna tuo?* Iuvenalis Satyr. 6.

P. 64, 6. *Uterque Venetae factionis*] Acacius Theodoraē parens Prasinam secutus est; verum Theodora ad Venetos transivit, ubi post Acacii obitum cum matre, sororibusque munus alendi bestias ab illis accepit. De Iustiniano miror Christophorsonum ignorasse, qui ad c. 31 l. 4 Evagrii, ita interpretatus est. *Placuit Iustiniano in alteram factionem eorum, qui Prasini dicuntur, animo propendere.* In Graeco est *Κυανέων, Caeruleorum*: hi sunt Veneti. Chosroēs Iustiniano infensissimus Apameae cum esset, *ἐπεὶ ἠκηκόει πολλῶ πρότερον Ἰουστινιανὸν βασιλέα χρώματος τοῦ Βενέτου (ὃ δὲ κυανέον ἐστίν) ἐκτόπως ἔργῳ, ἀπεναντίας κἀνταῦθα αὐτῷ ἕναι βουλόμενος, ἤθελε τῷ Πρασίνῳ τὴν νίκην ἀρμόσαι, audissetque Iustinianum imperatorem colori Veneto (qui caeruleus est) insane favere; ipse contrariis in hoc etiam studiis, Prasino colori victoriam concedi volebat.* Vide has notas infra. Studuit fa- P 114
ctioni Venetae Anlus Vitellius, qui, ut ait Suetonius, *quosdam de plebe ob id ipsum, quod Venetae factioni clare maledixerant, interemit; contemptu sui, et nova spe id ausos opinatus.* Prasinis favit C. Caligula. Dio l. 59 *ἰσχυρῶς γὰρ τῷ τὴν βατραχίδα ἐνδύνοντι, καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ χρώματος καλουμένῳ Πρασίνῳ προσέκειτο. Vehementer propensus erat animo in eos*

qui rannuncularem vestem induerent, qui et Prasini a colore nuncupati.

A 34 P. 64, 9. *Morbo Iustinianus urgebatur*] Cruris affectione gravissime laboravit; omni abiecta spe salutis. De hac Procopium intelligere certum est ex iis quae subdit, *miro casu* imperatorem *convalescere*, nempe adhibitis sanctorum martyrum reliquiis, quas effodi contigit, dum sanctae Irenae templum instaurabatur. Rem totam ipse luculenter prosequitur l. 1 aedif. Haec Iustiniani aegrotatio incidit in annum circiter vigesimum tertium, vel quartum eius imperii; nam anno quinto et vigesimo, mense Septembre, indictione decima quinta illud sanctae Irenae templum dedicatum fuit, ut Theophanes notat. Theodora suum iam diem obierat; quare alia plane Iustiniani haec est valetudo ab ea, de qua supra Procopius p. 16. Atque alia etiam fortassis est a qua liberatus fuit ope sanctorum Cosmae et Damiani, quibus et templum ex voto excitavit, ut eodem libro aedif. primo narrat. Alia itidem illa *δυσουρία*, difficultas urinae, quam removet aqua *τῆς ζωηφόρου πηγῆς*, ut vocant Byzantii, *vivifici fontis*: ad quem deiparae liberatrici aedem dedicavit, ut Nicephorus Callisti refert in officio ecclesiastico feriae quintae *τῆς διακαιησίμου*. Quintum Iustinianus aegrotavit post reditum e Thracia, quo ad restaurationem murorum, quos *longos* appellant, perrexit: nempe anno imperii trigesimo quarto, nonis Septembris, indictione nona. Ex frequentibus morbis divino praesidio Iustinianum convalescere Paulus Silentarius in libro de sanctae Sophiae templo indicat:

ὄθεν νόσους μὲν διαδιδράσκεϊ εὐκόλως.

Vide Theophanem, et has notas ad p. 16.

P. 64, 14. *Absentis Caesaris*] Secesserat Iustinianus vel in suburbanum Heraeum, de quo infra p. 70, ad cruris vitium curandum, vel in Sycanum, ubi tum sanctae Irenae templum construebatur, ibidemque fortasse veneratus est reliquias, de quibus modo dicebam. Saepe venit Calchedonem, et anno primo et secundo diutius ibi commoratus est, ut ex plerisque eius constitutionibus patet; longius autem ab urbe Byzantio ad orientem raro discessit, semel anno trigesimo secundo, cum in Selymbriam ad excitandos muros *longos* terrae motu collapsos, et abigendos barbaros, qui inde in Thraciam invaserant. Atque iterum anno trigesimo septimo, mense Octobre, indictione duodecima, ad Myriangelos (perperam *Myrangolos* in historia miscella) hoc est, Germios in Galatia religionis et orationis causa; Theophanes. In Italiam venisse, cives Ravennates haud probare possunt; etsi dedicationi ecclesiae S. Vitalis Iustinianum cum Theodora credant interfuisse, nempe anno post consulatum Basilii sexto, indictione decima, ut refert Hieronymus Rubeus l. 3. Nam Theodora eodem illo anno,

iisdemque diebus Byzantii graviter aegrotans, suaeque vitae timens, in Italiam Belisario scribebat de Ioanninae illius filiae et Anastasii nepotis sui coniugio maturando, et tandem quarto nonas Iulias diem clausit extremum. Vide Procopium lib. 3 bell. Gotth. et hic p. 24. Theophanem ad annum primum et vigesimum Iustiniani, et has notas ad p. 24. Venit quidem Ravennam Iustinianus plane adolescens, eoque missus est obses ad Theodoricum Gotthorum regem a Iustino avunculo exercitus duce, ut Theophilus Iustiniani praeceptor exponit. Theodora quando Byzantio digressa sit, dicemus ad p. 70.

P. 64, 16. *Praefecto urbis Theodoto Cucurbitino*] De quo mentio fit in historia de templo sanctae Sophiae, quam in Vaticana bibliotheca vidimus. Huic Theodoto in exilium, A 35 ut statim ait Procopius, abeunti succedit *Ioannes Coccorobis*. Plures legimus in antiquis monumentis, qui sub Iustiniano urbis Byzantii praefecturam gesserunt: insigniores sunt, *patricius* post consulatum Belisarii, ad quem rescriptum fuit de secundis nuptiis. *Areobindus* Iustiniani neptis Proiectae maritus. *Tribonianus*, qui ob id expraefectus vocatur, ad quem extat edictum Iustiniani nonum. *Tryphon* in seditione victoriorum. *Theodori frater*, qui pridem eundem magistratum habuerat: P 115
chron. Alexandr. *Longinus*, cuius praefecturae infra meminit V 355 Procopius. *Domnicus*, qui Apione consule, cum potestate fuit. *Musonius*, ad quem scripsit Iustinianus novellam 134. *Georgius* falso coniurationis in imperatorem accusatus, ut prodit Theophanes. *Procopius* noster, qui successorem habuit *Andream* anno Iustiniani trigesimo sexto; post quem Victor Tun- nensis ponit *Iulianum* trigesimo nono anno Iustiniani.

P. 65, 2. *Miro sane casu convaluit*] Testem huiusce mirifici casus ipsam imperatoris purpuram fuisse, narrat Procopius l. 1 aedif. quae in regia servabatur eo imbuta liquore, qui ex martyrum reliquiis, vitiato cruri admotis abunde redundarat.

P. 65, 4. *Quosdam ex familiaribus dire caesos impellit ad falsas illius accusationes*] Quis non credat, cum ecclesiasticos etiam his technis Iustinianus circumvenerit? narrat id Eustathius Presbyter in vita S. Eutychii. οἱ τοῦ ἀγρίου θηρός ὑπουργοὶ συλλαμβάνουσι σύροντες τοὺς ἐπὶ τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ ἀγρίου ἀνδρὸς ὀφείλοντας αὐτοῦ καταμαρτυρῆσαι, ἵνα δειξῶσι δῆθεν μετ' εὐλόγου προφάσεως αὐτὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἔξεοῦν. *Immanis belluae ministri comprehendendos trahunt sancti viri famulos, ut adversus eum testimonium dicant. Ne sine iusta causa ille ex episcopatu pulsus videatur.* Sed cum re ipsa pulsus sit a Iustiniano Eutychius, et de eo sit institutum iudicium, quemadmodum hic in Theodoti causa narrat Procopius, τὶ περιεῖχον οἱ λίβελλοὶ ἀναγκαῖον ἀκοῦσαι, καὶ γελᾶσαι

τρανώς. ὅτι συκοτόκυλα ὀρνιθίων ἔφαγε. καὶ ὅτι πολλὰς ᾤρας γονυκλισίας ποιῶν ἤσχετο, καὶ ἄλλα τούτων καταγελαστότερα: *quid libelli continerent operaepretium est audire, ac tum effuisse ridere. Eutychium gallinarum hepar, et intestina comedisse, multasque horas de geniculis orando consumpsisse; haec in illum, et his similia risu digniora.* Et mariti aemula Theodora iisdem artibus in Sylverium usa est, nam *misit iussiones ad Belisarium ita continentes; vide aliquas occasiones in Sylverium papam, et depone illum ab episcopatu, aut certe festinus trans mitte ad nos.* Anast. in Sylverio.

P. 66, 4. *In hoc enim illa plane repugnabat*] Non solum Euphemia; sed etiam Iustiniani mater Bigleniza, quod cum evincere illa nequivisset, ut Theophilus in vita Iustiniani affirmat, moerore contabuit.

P. 66, 8. *Cum suo nomine sane ignominioso*] Id est, *Lupicinae*, sive *Lupiciae*: nam villissima scorta Latine *Lupas* dicimus. Theodorus Lector: *σύμβιον εἶχεν ὀνόματι Λουπικίαν, ἣν γενομένην Ἀγούστην Εὐφημίαν οἱ δημόται ὠνόμασαν. Coniugem habuit nomine Lupiciam, quam creatam Augustam populus Euphemia vocavit.* In publicis acclamationibus; IUSTINE. AUG. TV. VINCAS. EUPHEMIA. AUG. TV. VINCAS. et in antiqua inscriptione. DOMINI. TOTIUS. ORBIS. IUSTINUS. ET. EUPHEMIA. PP. AUGG. Pia foemina venerata est martyrem Euphemia non solum nominis tessera, sed etiam templo Constantinopoli magnifice constructo, in quo sibi statuam posuit. *Εὐφημίας τῆς γυναικὸς Ἰουστίνου τοῦ Θρακὸς στήλη ἵστατο ἐν τῇ ἁγίᾳ Εὐφημίᾳ τῇ ὑπὸ αὐτῆς κτισθείσῃ. Euphemiae uxoris Iustini Thracis statua est in templo sanctae Euphemiae ab eadem aedificato.* Suidas.

P. 66, 9. *Haec non ita multo post excedit e vita*] Non dubito quin ante annum imperii sextum, quo Cedrenus, ut mox dicam, Euphemiae obitum perperam notat. Nam falsum omnino illud etiam est, quod de secunda Iustini coniuge affirmat. *Ἰστεψε δὲ καὶ Θεοδώραν τὴν γυναικίαν αὐτοῦ Ἀγούστην τῆς Εὐφημίας τελευτησάσης. Coronavit quoque Theodoram uxorem suam Augustam, iam mortua Euphemia.* Ex hoc fonte Octavius a Rosberg, et multi nostri temporis scriptores id hauserunt. Verum enimvero ut ingenium Iustini Procopius declararet, nihil ad rem magis fecisset, quam hominis confecti summa senectute, ac pedis vulnere, ut statim dicemus, gravissime laborantis choreas, nuptiales faces, tibiasque narrare. Sed, in illis Cedreni verbis duo sunt animadvertenda: alterum est, Graecis *Ἰστεψε* matrimoniis celebritatem denotare, quod alibi passim, et in matrimonialibus iuris Graeco Romani quaestionibus observes. Etenim Graeci solemnes nuptiarum ritus prolatis coronis absolvent, quas sponsis imponunt; estque στῆ-

φρουσι, quo perfectum stabilitumque connubium explicant. Alterum, quod supra etiam monebam, viris gravissimis fraudem fecisse illam Iustini ac Iustiniani nominum compendiosam, vel mendosam scriptionem librariorum; nam erat fortassis apud autores, quos Cedrenus compilavit, *Iustinianum* P 116 (non *Iustinum*) *matrimoniali corona Theodoram uxorem suam et dein Augustam ornasse, iam mortua Euphemia*; quod aptissime convenit cum hac Procopii historia, qui Euphemia Iustiniano ait repugnasse in matrimonio, quod cum Theodora moliretur: idque demum illum confecisse, ubi naturae cessit Euphemia. Ne quid vero dissimulemus, Theophanes ad annum Iustini sextum, sic habet; ἔστειψε δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Θεοδώραν Ἀγούσταν ἅμα τῷ βασιλεῦσαι αὐτόν. *Coronavit autem Augustam uxorem suam Theodoram simulatque cepit imperium*. Hinc, ut vides, suam Cedrenus ipsis verbis rhapsodiam decerpit ac depravavit: nam Euphemiae mortis nulla mentio est, scilicet ad hunc annum sextum, id ex suo ille addidit: et quod minime debuit, extrema praetermisit Theophanis verba, ἅμα τῷ βασιλεῦσαι αὐτόν, *simulatque cepit imperium*; quibus nodus huius difficultatis explicatur. Nam ex iis plane intelligimus Theophanem eo loco non agere de Iustini uxore. Qui enim potuit Theodoram Iustinus coronare simulatque cepit imperium, cum sextus ille esset annus eius imperii? At simulatque cepit imperium, Euphemia Iustinus coronavit, ut sub ipso statim limine anni primi narrat ipse Theophanes; σύμβιον δὲ ἔχων ὀνόματι Λουπικίαν ἔστειψε Ἀγούσταν, ἣν οἱ δῆμοι ἐκάλεσαν Εὐφημίαν εἰς τὸ στέφαι αὐτήν. A 37 *Coniugem vero habens nomine Lupiciam coronavit Augustam, eamque populus dum coronaretur, Euphemia appellavit*. Quare cum tota illa pars historiae Theophanis luxata sit, ita hunc locum puto restituendum. Ἔστειψε δὲ καὶ τὴν (non ἑαυτοῦ, sed) Ἰουστινιανοῦ γυναῖκα Θεοδώραν Ἀγούσταν ἅμα τῷ βασιλεῦσαι αὐτόν. *Coronavit Augustam uxorem Iustiniani Theodoram simulatque cepit ille (hoc est Iustinianus) imperium*. Sed haec a Theophane per anticipationem narrata sunt ad annum sextum, quae anno Iustini nono contigisse clarum est.

P. 66, 10. *Iustinus summa senectute confectus*] Simeon Metaphrastes in S. Sabae vita. ὁ βασιλεὺς Ἰουστίνος βαθύτατα ἤδη γηράσκων, ἄλλως τε δὲ καὶ νόσῳ τινὶ τοῦ σώματος βαρυνόμενος, καὶ οὐχ ἱκανὸς ὦν ἔτι πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἐξαρκεῖν προστάσιαν, τὴν ἀρχὴν ἀποτίθεται Ἰουστινιανὸν ἀνθ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφιδοῦν αυτοκράτορα καταστήσας πατρικίον, καὶ ὕπατον ὄντα, καὶ στρατηγὸν, καὶ κραταιῶς ἤδη τῶν τοῦ κοινοῦ πραγμάτων ἐπιλημμένον. *Iustinus imperator proecta cum esset senectute, et corporis morbo gravatus, neque amplius ad rempublicam*
Procopius III. 25

gerendam aptus, deponit imperium, Iustiniano sororis filio Augusto constituto, qui tum erat patricius, exconsul, militiaeque magister, et serio iam publicam ceperat rerum administrationem. Vide quae notavimus ad p. 29 lin. 16.

P. 66, 14. *Nam cum viris senatoriis (quod prisca lege cautum est) uxorem ducere meretricem non liceat] Constantini rescripto ad Gregorium l. 1. Senat. c. de nat. lib. et Valentiniani ac Martiani ad Palladium. l. 7 c. de incest. et inutil. nupt. Senatores seu praefectos, vel quos in civitatibus duumvirilitas, vel sacerdotii, id est, Phoeniciarchiae vel Syriarchiae ornamenta condecorant, placet maculam subire infamiae, et alienos a Romanis legibus fieri, si ex ancilla, vel ancillas filia, vel liberta, vel libertae filia, vel scenica, vel scenicas filia, vel tabernaria, vel tabernariae filia, vel humili, vel abiecta persona, vel Lenonis, aut Arenarii filia, vel quae mercimoniis publice praefuit, susceptos filios in numero legitimorum habere voluerint, aut proprio iudicio, aut nostri praerogativa rescripti. Hanc legem Iustinus antiquavit.*

P. 66, 15. *Principem adigit ad legem nova constitutione evertendam] Innuit Procopius Iustini legem 23 c. de nupt. Verum quod hic repetere saepe cogor, quatuor illae litterae IUST. quibus nomen Iustinus senior notabat suum, quemadmodum supra pag. 28 Procopius narravit; quaeve illi praefixae Constitutioni in antiquis manuscriptis libris erant, et nos in Vaticano observavimus, doctis viris imposuerunt, qui eius notae ambiguitatem ad Iustiniani, quam ad Iustini nomen interpretari maluerunt, eidemque constitutionem adscribere: et Hubertus Giphanius eam Theodoraе suasu in commodum mulierum editam a Iustiniano etiam credit. Sed Iustini omnino est: nam in codicem non semel irrepserunt falsae legum inscriptiones, atque etiam subscriptiones. Dicam tantum in re praesenti exploratissimas quasque. l. 6 restituendae. C. de advoc. fisc. et l. 7 per hanc legem, et l. 8 nemo, tum in epigrapha, tum in nota consulum ad calcem mendose est nomen Iustiniani; nam ex tribus illis constitutionibus, prima sancita est anno Iustini primo; secunda et tertia, anno sexto; notandique sunt duo Iustini Augusti consulatus, alter collega Eutharico, alter Opillione; ut recte est l. 23 consulta. C. de testib. nam Iustinianus cum Valerio primum consulatum gessit anno Iustini avunculi tertio. Ad hanc normam emendandae et aliae sunt, et l. 7 legem. C. de nat. lib. Praeterea legem illam de scenicis mulieribus Iustini esse prorsus evincit alia de iisdem scenicis Iustiniani constitutio, ab illa Iustini plane diversa, quippe quae non solum plura capita, sed etiam antinomiam contineat, ut statim exponam. Ea licet hodie non extet, summam tamen eius habemus in rescripto Iustiniani*

ad episcopos in eandem sententiam dato, ut mox declarabo. Quamquam vero Iustini constitutio, cuius hic meminit Procopius, nota consulis careat non solum in impressis libris, sed etiam in antiquo codice Vaticano; tamen ex inscripto Demosthenis nomine, promulgatam eam non dubitamus post annum Iustini tertium, vel duobus sequentibus, quando praetorii praefecturam Demosthenes administravit, ut ex praetorum serie V 354 ad consulum tempus a nobis revocata videre licet infra ad p. 92. Ipsam Iustini constitutionem, quod ad illustrandam partem huius historiae praecipuam pertineat, hic integram damus. In qua duo velim animadvertas. Post legem Iuliam, Constantinianam, et Martianam de senatorum matrimoniis, primum sub Iustino et Iustiniano auditam esse in orbe Romano sanctionem de senatorum nuptiis cum abiectis personis. Deinde licet in Constantiana lege per hanc antiquata nominatim notentur *ancillae, libertas, scenicae, tabernariae, lenonum et arenariorum filiae, quaeque mercimoniis publice praefuerint*; tamen ut plane intelligeremus pro Theodora sancitam hanc legem fuisse, Iustinum solas hic nominare mulieres *scenicas*, ex qua nimirum faece Theodora fuerat.

IMP. IUST. AUGUSTUS

DEMOSTHENI PRAEFECTO PRAETORIO.

Imperialis benevolentiae proprium hoc esse iudicantes, ut omni tempore subiectorum commoda tam investigare, quam eis mederi procuremus: lapsus quoque mulierum, per quos indignam honore conversationem imbecillitate sexus elegerint, competenti moderatione sublevandos esse censemus: minimeque eis spem melioris conditionis adimere, ut ad eam respicientes, improvidam et minus honestam electionem facilius derelinquant. Nam ita credimus dei benevolentiam, et cir- A 39 genus humanum nimiam clementiam, quantum nostrae naturae possibile est, imitari, qui cotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, et poenitentiam suscipere nostram, et ad meliorem eam statum deducere. Quod si circa nostros subiectos imperio nos etiam facere differamus, nulla venia digni esse videbimur. Itaque cum iniustum sit, servos quidem libertate donatos, posse per divinam indulgentiam natalibus suis restitui, postquam huiusmodi principale beneficium ita degere, P 118 quasi nunquam servissent, sed ingenui nati essent: mulieres autem, quae scenicis quidem lupis sese ante immiscuerunt, postea vero spreta mala conditione ad meliorem migravere sententiam, et inhonestam professionem effugerunt, nullam spem principalis habere beneficii, quod eas ad illum statum reduceret, in quo si nihil inhonesti peccatum esset, commorari

potuerunt. Praesenti sanctione clementissima principale beneficium eis sub ea lege condonamus, ut si derelicta mala et inhonesta conversatione, commodiorem vitam amplexae fuerint, honestatique sese dederint; liceat eis nostro supplicare numini, ut divinos affatus sine dubio mereantur, ad matrimonium eas venire permittentes legitimum: iis, qui eis coniungendi sunt, nullo timore tenendis, ne scitis praeteritarum legum infirmum esse videatur tale coniugium, sed ita validum huiusmodi permanere matrimonium confidentibus, quasi nulla praecedente inhonesta vita uxores eas duxerint: sive dignitate praediti sint, sive alio modo scenicas in matrimonium ducere prohibeantur; dum tamen dotalibus omnimodo instrumentis non sine scriptis tale praebetur coniugium. Nam omni macula penitus direpta, et quasi suis natalibus huiusmodi mulieribus redditis, neque vocabulum inhonestum eis inhaerere de caetero volumus; neque differentiam aliquam eas habere cum iis, quae nihil simile peccaverunt. Sed et liberos ex tali matrimonio procreandos, suos et legitimos patri esse: licet alios ex priore matrimonio legitimos habeat: ut bona eius tam ab intestato, quam ex testamento, isti quoque sine ullo impedimento percipere possint. Sed et si tales mulieres post divinum rescriptum ad preces earum datum, ad matrimonium venire distulerint, salvam eis nihilominus existimationem servari praecipimus tam in aliis omnibus, quam ad transmittendam quibus voluerint suam substantiam, et suscipiendam competentem sibi legibus ab aliis relictam, vel ab intestato delatam haereditatem. Similes vero tale merentibus ab imperatore beneficium mulieribus, illas etiam esse volumus, quae dignitatem aliquam habent, et si non serenissimo principi supplicaverint, ultroneam tamen donationem ante matrimonium meruerint, ex qua dignitate, et aliam etiam omnem maculam, per quam certis hominibus legitime coniungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet. His illud adiungimus, ut et filiae huiusmodi mulierum, siquidem post expurgationem prioris vitae matri suae natae sint, non videantur scenicarum esse filiae, nec subiacere legibus, quae prohibuerunt filias scenicarum certos homines in matrimonium ducere. Si vero ante procreatae sint, liceat eis preces offerentibus invictissimo principi sacram sine obstaculo ullo mereri rescriptum, per quod eis ita nubere permittatur, quasi non sint scenicae matris filiae: nec iam prohibeantur illis copulari, quibus scenicae filias, vel dignitatis, vel alterius causae gratia uxores ducere interdicitur: ut tamen omnimodo dotalia inter eos etiam instrumenta conficiantur. Sed et si a scenica matre procreata, quae usque ad mortem suam in eadem professione duraverit, post eius obitum preces imperatoriae clementiae obtulerit, et divinam indulgentiam meruerit, liberatio-

A 40

nem maternae iniuriae, et nubendi licentia sibi condonantem: istam quoque posse sine metu priorum legum in matrimonio illis copulari, qui dudum scenicae filiam uxorem ducere prohibeantur. Ime etiam illud removendum esse censemus, quod in priscis legibus (licet obscurius) constitutum est, ut matrimonia inter impares honestate personas contrahenda, non aliter quidem valeant, nisi dotalia instrumenta confecta fuerint. His vero etiam non intercedentibus, omnimodo firma sint sine aliqua distinctione personarum; si modo liberae sint et ingenuae mulieres, nullaque nefariorum, vel incestarum coniunctionum suberit suspicio: nam nefarios et incestos coitus omnibus modis amputamus, sicut et illos qui praeteritarum legum sanctione specialiter vetiti sunt: exceptis videlicet iis, quos praesenti lege permittimus, legitimique matrimonii iure muniri praecipimus. His itaque per hanc generalem legem ita constitutis, et de caetero conservandis, praeteritas etiam huiusmodi coniunctiones ex subiecto tempore factas secundum praedictam dispositionem iudicari praecipimus, ut si quis talem uxorem ab initio nostri imperii (prout dictum est) iam duxerit, et liberos ab ea procreaverit; iustos eos et legitimos, et tam ab intestato quam ex testamento successores habeat, et legitima P 119 in posterum nihilominus ea uxore permanente, procreati quoque liberi legitimi sint.

Hanc legem Iustinianus saepius deinde confirmavit novell. 89 c. 15 et novell. 117 c. 6. Sed in primis celebri illa constitutione, quae, ut idem affirmat, olim erat in quinto libro codicis; sed plane ab hac Iustini diversa; nam illa rescripta fuit πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχάς, ad civiles magistratus; haec vero Iustini ad Demosthenem praefectum praetorio. Deinde ad matrimonia scenicarum mulierum dotalia quidem instrumenta requisivit in illa Iustinianus, non autem imperatoris rescriptum: in hac vero contra Iustinus sancivit. Haec explicatius habes in Iustiniani rescripto ad omnes episcopos, quod Graece tibi damus ex Vaticana bibliotheca.

Βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τοῖς ἀπανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις. A 41

Θεῖαν ἐποιήσαμεν διάταξιν οὐδενὶ συγχωροῦντες ἄκουσαν γυναῖκα δούλην, ἢ ἑλευθέραν εἰς σκηπὴν, ἢ εἰς ἀρχήστραν κατέλλκειν, οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλομένην καλύειν τοὺς ἔγγυητὰς τοὺς αὐτῆς, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου χρυσίον φητὸν ὁμολογήσαντας ἀπαιτεῖν. ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο γένηται, καλύεσθαι ταῦτα παρὰ τε τῶν λαμπροτάτων τῶν ἐπαρχιῶν ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων διαταξάμεθα, δόντες ἄδειαν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, ἅμα τῷ λαμπροτάτῳ τῆς

ἐπαρχίας ἄρχοντι, καὶ ἄκοντας ἄγειν πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς βιασα-
 μένους, ἢ τοὺς ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἐργασίας καλύοντας, καὶ
 δημοσίαν μὲν αὐτῶν ποιεῖν τὴν οὐσίαν, ἐκείνους δὲ τῆς πό-
 λεως ἐξελαύνειν. εἰ δὲ ὁ τὴν ἐπαρχίαν ἰδύνων αὐτὸς ὁ βιαζό-
 V 365 μενος εἴη, ἢ τὴν ἐκ τῆς εἰρημίνης ἐργασίας ἀπαλλαγὴν κα-
 λύων, διδοῦσαν ἄδειαν καὶ μόνοις τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκό-
 ποις προσεῖναι τὴν ταῦτα παρασχούσαν, ἢ τῶν αὐτῆς ἑγγυητῶν.
 τὸν δὲ ἐναντιοῦσθαι τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι, καὶ μὴ συγχωρεῖν
 ἀδικεῖν, ἢ εἰμὴ γένοιτο πρὸς τοῦτο ἰκανοί, μνηστεύειν εἰς τὴν βα-
 σιλείαν, ὥστε ἐξ ἡμῶν τὴν προσήκουσαν ἐξεναχθῆναι ποιητῆν,
 τῶν ἑγγυῶν καθάπαξ λυομένων, καὶ τῶν ἑγγυητῶν ἀζημίαν φυ-
 λαττομένων. ἄδειαν δίδόντες ταῖς ἀπαλλαττομέναις τοιαύταις γυ-
 ναιξίν, ἰλευθέραις καὶ εὐγενέσιν οὖσαις πρὸς γάμον χωρεῖν νό-
 μιμον, καὶ εἰ τυγχάνοιεν ταῖς σεμνοτάταις ἀξίαις οἱ ταύτας λαμ-
 βάνοντες κεκοσμημένοι, μηκέτι δεομέναις βασιλικῆς ἀντιγραφῆς,
 ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν τῶν γάμον πρατεύουσαις, γαμικῶν μέντοι
 συμβολαίων ἐκ τρόπου παντὸς μεταξὺ αὐτῶν γινομένων. τὰ
 αὐτὰ καὶ περὶ τῶν θυγατέρων τῶν σκηναϊκῶν διαταξάμενοι, τὴν
 μὲν εἰρημίνην διάταξιν καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ βιβλίῳ τῷ πασῶν δια-
 τάξεων, τούτου δὲ τοῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπωνύμου βιβλίου
 πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ἀντιγεγραμμένην τεθείκαμεν. ἐπειδὴ
 δὲ ἔχρηθ' ἐκ τῆς παρούσης νομοθεσίας καὶ ὑμῖν τοῖς πανταχοῦ
 γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ταῦτα ποιῆσαι φανερά, διὰ τοῦτο
 συνελόντες τὰ κατ' ἐκείνην ἀφηγήσει πλατυτέρῳ νομοθετηθέντα
 τήνδε τὴν θείαν διάταξιν ποιούμεθα καὶ πρὸς ὑμᾶς, ὅπως τὴν
 ἱερατικὴν διασώζοντες σεμνότητα, καὶ σωφροσύνης ἀντεχόμενοι
 ταῦτα φυλάττοιτε, τότε ἐκ τοῦ μεγάλου θεοῦ δέος, καὶ βασιλε-
 κῆν ἀγανάκτησιν, εἴτι τούτων παραβαίνοιτε, λογιζόμενοι. D. K.
 ΠΟΗ. CR. DE. Iustin. ff. A. IV. et Paulino Coss.

P. 67, 1. *Cum Avunculo Romanorum Caesar consalu-
 tatur*] Vir doctissimus Iustinianum tum Caesarem consaluta-
 tum putat, cum nobilissimus est appellatus, ex eo loco Mar-
 cellini. Anno regiae urbis conditae cxcvii. Iustinus imperator
 Iustinianum ex sorore sua nepotem iam dudum a se nobilis-
 A 42 simum designatum, participem quoque regni sui, successorem-
 que creavit. Neque vidit Caesaris et nobilissimi dignitates
 etiam tempore hic a Marcellino distinctas. Valentinianus iu-
 nior, ut refert Olympiodorus Thebanus apud Photium, adhuc
 in cunabulis ab Honorio imperatore nobilissimus dictus est,
 quinto vero post anno a Theodosio per Helium officiorum
 magistrum Thessalonicae Caesar pronuntiatus fuit. Vide Mar-
 cellinum ad consulatum Maximi, et Plintae, atque Victoris et
 P 120 Castini. Sanctus Nicephorus in histor. Τῶν υἱῶν αὐτοῦ τοὺς
 μὲν δύο Χριστοφόρον καὶ Νικηφόρον Καίσαρες, Νικήταν δὲ
 νοβελίσσιμον. *Duos e liberis suis Christophorum et Nicepho-
 rum Caesares, Nicetam vero nobilissimum creat.* Sane multos

legimus *nobilissimos*, qui nunquam *Caesares* fuerunt; Eumathius, qui Hysminii et Hysminiae descripsit amores, *protonobilissimus* erat. Ergo Iustinianus *nobilissimus* appellatus est, cum a Iustino est adoptatus sub initium imperii, ut clare Procopius significat l. 1 bell. Pers. *Caesar* autem pronunciatum fuit anno nouo, ut est apud Evagr. l. 4 o. 9. Τούτω τῷ Ἰουστίνῳ ὄγδοον ἔτος τῆς βασιλείας ἄγοντι ἑννέα τε μῆνας πρὸς τοῖσιν ἡμέραις Ἰουστινιανὸς ἀδελφιδοῦς συμβασιλεύει ἀναβήθεις τῇ πρώτῃ τοῦ ξανθικοῦ. *Cum Iustinus octo annos, menses novem, et dies tres regnasset, Iustinianum sororis filium sibi in societatem imperii gerendi ascivit; qui Caesar declaratus fuit prima die mensis Xanthici, id est, calendis Aprilis.* Idem comprobat antiquum nomisma a viro humanissimo Dionysio Octaviano Sada nobis traditum, in cuius aversa parte est *Ἰπρίσημον* ἢ Graecum cum tribus Latinis notulis III. quibus colligitur summa novem annorum. [Vid. fig. 2.]

P. 67, 2. *Metu ac minis S. P. Q. perterritus in eam impellitur sententiam*] Contrarium narrat Victor Tunnensis; *Iustinus Augustus Iustinianum nepotem suum ad senatorum supplicationem invitum Caesarem facit.* Cyrillus Scythopolitanus, *συναίνεσει πάσης τῆς συγκλήτου βουλῆς, universo senatu comprobante.* Ita loqui solemus, cum in comitiis vel pauci aperte reclamant, vel multi occulte adversantur. Sane in renunciatione suffragiorum universum senatum et populum in eandem minime ivisse sententiam par est credere; quare subindicare Procopius videtur, cum iis Iustinianum minis egisse A 43 qui refragarentur.

P. 67, 3. *Suscipere dominationem tertio ante festum Paschatis die*] Hoc est, *feria quinta maioris hebdomadis*, ut Cyrillus Scythopolitanus declarat, τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ. Theophanes, τῷ δὲ Ἀπριλίῳ μηνὶ πρώτῃ τῆς αὐτῆς πέμπτης Ἰνδικτιωνῶνος τῇ ἑορτῇ τοῦ Πάσχα ἀσθενήσας ὁ βασιλεὺς Ἰουστίνος προχειρίσαστο ἔτι ζῶν εἰς βασιλεία Ἰουστινιανὸν τὸν ἴδιον ἀνεψιόν, καὶ ἔστεψεν αὐτόν, καὶ συνεβασίλευσεν αὐτῷ μῆνας τέσσαρας. *Die prima (quinta Cyrillus habet) mensis Aprilis, indictione quinta, die festo Paschae, imperator Iustinus aegrotans, adhuc vivens ad imperium promovit Iustinianum nepotem, eumque coronavit, et simul imperarunt menses quatuor.* A Procopio Theophanem discrepare non arbitror; nam ante Pascha designatum Caesarem Iustinianum crediderim; ipso vero Paschatis die a populo consalutatum; hoc Theophanes, illud Procopius narrare videtur.

P. 67, 4. *Festum Paschatis*] In Graeco est τῆς ἑορτῆς. Nos addidimus *Paschatis*; nam festum Christianis omnium festorum celeberrimum, ita per quamdam excellentiam Graeci nominarunt. Hinc *ἑορταστικά* epistolae et homiliae, quibus

futurum Pascha praenunciatur. Iustinianus novella octava, τὸν παρόντα νόμον ἐγράψαμεν θεῶ τε αὐτὸν ἀνατιθέντες καὶ ταῖς τῆς μεγάλης καὶ κοινοτάτης ἑορτῆς ἡμέραις. *Hanc legem scripsimus, quam deo dicavimus, et hisce magni et universalis festi diebus.* Nonnunquam etiam vocatur κατ' ἐξοχὴν *dies, ἡμέρα.* Ut in synodo Berytensi, ἐπειδὴ τεσσαρακοστὴ ἦν ἐκέλευσε μετὰ τὴν ἡμέραν ἀπαντῆσαι. *Quoniam quadragesima erat post Pascha iussit nos occurrere.* Et statim addit, διὰ τὴν ἑορτὴν ἀπέλυσε αὐτοὺς τῆς ἀκωινωνησίας. *Propter festum Paschae absolvit eos ab excommunicatione.* Chrysostomus dixit Κυρίαν ἡμέραν.

P 121

P. 67, 4. *Quando nulli dicere salutem vel pacem fas est*] In omen infaustum id accipere Procopius videtur, nempe bellorum, coniurationum, pestium, prodigiorum, terraeque motuum, quae imperatore Iustiniano contigerunt. Innuit praeterea veterem ecclesiae ritum, quem consuetum iam olim habuit, hodieque servat ecclesia Romana. Nam die, quem *coenae Christi domini* vocamus, nempe tertio ante Paschatis celebritatem, licet inter missarum solemnias pacem de more sacrorum Antistes a deo petat, qui tamen mysteriis intersunt sacri viri, ac populus, ob moestitiam Christi passionis, a laeto pacis osculo et salutatione temperant. *Agnus dei dicitur, sed pax non datur.* Libri rituales. *Dicat, agnus dei, absque osculo.* Ordo Romanus.

P. 67, 5. *Morbo Iustinus absumptus est*] Recrudescente vulnere quod olim pugnans acceperat. Chronicon Alexandrinum; *Συνέβη ἀσθενήσαντα τὸν βασιλεῖα Ἰουστινὸν ἐκ τοῦ ἔλκου, οὗ εἶχεν ἐν τῷ ποδί αὐτοῦ ἐξ ἧς ἔλαβε σταγύτας ἐν τῷ πολέμῳ τελευτῆσαι μηνὶ λόφῳ, κατὰ Ῥωμαίους Ἀυγούστου πρώτῃ ἡμέρᾳ*
A 44 *κατὰ ὥραν τρίτην τῆς παρουσίας πέμπτης ἐπινεμήσεως. τελευτᾷ δὲ ἐτῶν ἑβδομήκοντα ἑπτὰ.* *Accidit, ut imperator Iustinus ex ulcere pedis, quod ex ictu sagittae in bello contraxit, extingueretur mense Loo, id est, Augusti die primo (secundo, ut habet Cyrillus) sub horam diei tertiam, indictione hac quinta.*
V 356 *Vixit annos LXXVII. ὁ θεῖος τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ ἔκτισε τὰ Προκοπίας σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Εὐφρημία, ἔνθα καὶ θανὼν ἐτάφη. Avunculus magni Iustiniani aedificavit ecclesiam vocatam Procopiae una cum Euphemia coniuge, ubi post obitum conditus est.* Ex πατρίοις CP. Nescio, an haec Procopiae ecclesia, eadem cum illa sit, de qua Cedrenus memorat; ἐτελεύτησεν Ἰουστίνος, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν μονῇ τῆς Ἀυγούστης ἐν λάρνακι πρασίῃ μετὰ τῆς γυναικὸς Εὐφρημίας. *Mortuus est piissimus Iustinus: corpus eius in arca prasina repositum est in monasterio Augustae iuxta uxorem Euphemia.*

P. 67, 6. *Annis in principatu novem exactis*] Ita illorum

temporum aequales Iornandes et Cyrillus; sed non solum annum nonum exegit, verum etiam excessit. Marcellinus Iustiniani Cancellarius duos praeterea menses addit; Evagrius, et ipse Synchronus tres tantum dies; l. 4 c. 9. Sed in utriusque libris mendum inesse palam est. Eam ait Evagrius Iustinum anno imperii octavo, mense nono (is erat Martius) ac tertio die Iustinianum participem regni fecisse, et cum eo imperasse menses quatuor, id est, a Calendis Aprilis ad Calendas Sextiles. Exegit ergo Iustinus in imperio annos novem, mensem unum, dies tres. Nempe decimum annum attigit, quo magistratus Cyzicenus cudebat hoc nomisma, quod ab humanissimo viro Dionysio Octaviano Sada habuimus [vid. fig. 3]; aliud huic simile a Nicopolitis cusum profert Adolphus Occo.

D. N. IUSTINUS. P. P. AUG.

A	†	
N	M	X
N	M	X
O	B	

P 122

Tertium vidimus in quo eadem annorum summa Graeco erat A 45 numero notata.

D. N. IUSTINUS. P. P. AUG. VICTORIA. AUGG. I.

Ad huius vero calculi rationem omnino restituas necesse est cum alios historicos, tum editionem Victoris Tunnensis, quae habet *annos octo, menses novem*. Corrigenda praeterea est editio Graeca de sectis Leontii Scholastici, qui sub Iustiniano floruit; nam ex vocis *ἑννέα* similitudine, *ἕνα* habet: Leunclavius male cautus, mendum sua interpretatione confirmavit.

P. 67, 6. *Solusque Iustinianus imperavit cum Theodora*] Dum haec Procopius scribebat, annum in imperio agebat Iustinianus secundum et trigesimum. Quid ergo in mentem venit Pseudogordiano in privilegio Casinensi collegam Iustiniano, inde ab anno eius principatus duodecimo, dare Iustinum iuniorem? Adolphus etiam Occo nescio quem Tiberium Iustiniano nostro socium dedit imperii; nec animadvertit aureum illum nummum, ex quo id elicit, Iustiniani iunioris esse, quocum Tiberius filius regnavit. τοῦ αὐτοῦ νόμματος est alter quem profert cum hac inscriptione. D. N. IUSTINIANUS. ET. EKYCHRISTIVS. Denique frustra viri docti Caesar Baronius, et Iacobus Gretserus ex Iustiniani nomismatis alios eius collegas quaerunt. Illud proferunt, in cuius aversa parte est; VICTORIA. AUGGG. B. Triplice littera e. tria Augustorum nomina denotari volunt; hoc est, cum Iustiniano ac Theodora Iustinum. Quem Iustinum? iuniorem? Reclamat cum Procopio Corippus, qui nonnisi extincto Iustiniano Caesarem et imperatorem creatum Iustinum fuisse refert, solemnesque ritus inau-

gurationis carmine describit. Seniore[m] ? Nonne vident illud nomisma anno Iustiniani. n. secundo eusum fuisse ? Imo cum de hac re consulerem illustrissimum Card. Barberinum virum de omni genere litterarum bene meritum, ex ditissimo suo musaeo, in quo certant inter se rerum antiquitas et opulentia, duo protulit aurea nomismata quarto et sexto anno Iustiniani cusa ; in quibus ter nihilominus repetita est littera c. Alterum hic accipe : alterum dabimus infra. Incisorum ille abusus est. In alio nummo ἐκ τοῦ ἐναντίου peccarunt, ut vides. [Vid. fig. 4.] D. N. IUSTINUS. ET. IUSTINIANUS. P. F. AUG. in quo litteras singulares, et extremam AUG. geminare oportuisset. Verum haec curiosius persequi, non huius est otii.

A 46 P. 68, 7. *Nullus ex senatu, etc. prohibendam censuit rem detestabilem*] Contrarium Aimoinus l. 2 c. 5. *Quod factum vehementer abhorruit populus, cunctusque senatus, adeo ut palam clamarent nefariam rem fecisse Augustum, ut publicae abiectio[n]is scortum sibi copular[et] in matrimonium. Hac Caesar exagitatus iniuria, plerosque senatorum pertrahi iubet ad necem. Quas res in tantum perterruit plebem, ut sibi quisque metuens conatibus eius in posterum minime obviare aude[re]t. Haec vera silasset Procopius ? fortasse Aimoinus innuit iacta in Iustinianum eam ob rem convicia in circo et theatro, quod et in aliis autoribus legimus.*

P 123 P. 68, 9. *Nullus Antistitum*] Epiphanium Constantinopolitanum patriarcham hic praecipue carpit, quo ἐπιθέτωνος τὰς χεῖρας, manus imponente more maiorum Iustinianus adivit imperium, ut Cyrillus Scythopolitanus explicat.

P. 68, 10. *Qui eam dominam esset compellaturus*] Scilicet et hunc Procopii locum urgeant, qui illum Gregorii magni nobis obtrudunt, ubi Mauritium imperatorem et Constantiam Augustam sanctissimus pontifex dominos vocat. Procopius quam nominis illius fastum vituperet, habes infra p. 134. Gregorius, aliique prisci pontifices, et orientis episcopi quam modeste, et συγκαταβατικῶς id egerint, omnes intelligunt. Nam Romani quidem pontifices, quos ex usu reipubl. dominos, eosdem iure filios appellabant. *Adrianus Episcopus servus servorum dei dominis piissimis et serenissimis ac triumphalibus imperatoribus, filiis diligendis in deo et domino nostro Iesu Christo Constantino et Irenae Augustis. Et in contextu epistolae: Piissimi et tranquillissimi domini et filii.* Eandem compellendi formam observavit Agatho, cum in epigrapha, tum in contextu earum litterarum, quas pro concilio Constantinopolitano sexto ad Constantinum Heraclium et Tiberium Augustos dedit. Ex orientalibus autem episcopis plane fuerunt et quibus eo uti nomine non libuit, ut Leontio Tripolitano, quem sua aetas Κανόνα τῆς ἐκκλησίας, ecclesiae normam, licet

Ariana infectum labe, vocavit. Is (quoniam hic locus est de Graecis episcopis, et imperatrice Theodora) ad Eusebiam Constantii coniugem, foeminam in episcopos insolentis supercilii ita scripsit. *Si ad te venire me volueris, debita episcopis reverentia conservata, ut ego quidem ingrediar: tu autem statim de sublimi isto solio descendens, reverenter mihi obviam procedas, et caput meis manibus supponas, benedictionem acceptura, ac deinde ego sedeam, tu verecunde adstes; cum iussero, signo dato, sessura: si has, inquam, tibi condiciones placuerint, veniam ad te: sin alio modo, non tam multa dabis, tam magna non poteris, ut nos honore episcopis conveniente neglecto, divinum sacerdotii institutum violemus.* Graeci auctoris historiam habes apud Suidam in *Leontio*. Theodora V 357 et Iustinianus ab ecclesiasticis *domini* dici voluerunt: an et oscula pedum ab iisdem ut a secularibus requisierint, dicam ad p. 133 l. 31.

P. 69, 9. *Erat Theodora venusta facie*] Procopius l. 1 aedif. de statua Theodorae a Byzantiis posita. *Ἡ μὲν εἰκὼν εὐπρόσωπος, ἀλλὰ τῆς βασιλίδος τῷ κάλλει ἰλάσσων, ἐπεὶ αὐτῆς τὴν εὐπρέπειαν λόγῳ τε φράσαι, καὶ ἰνδάλαματι ἀπομιμῆσθαι ἀνθρώπῳ γε ὄντι παντάπασιν ἀδύνατον. Praestantis quidem figurae imago est, sed a pulchritudine Augustae longe abest, cum eius formae praestantiam humanum non possit artificium, vel sermone declarare, vel exprimere simulacro.* Pauli Silentiarrii poetae sub Iustiniano apprime illustris extant l. 4 Anthol. A 47 duo epigrammata de Theodorae pulchritudine. An Augustae? affirmare non ausim. Haec illius imago est musivo opere expressa Ravennae dum adhuc vivebat. [Vid. fig. 5.]

P. 69, 15. *Nihil non in communi actitatum*] Haec summa est litterarum Theodorae ad Zaberganem, quas supra p. 11 Procopius retulit. Quamobrem Iustiniani *συνεργάτιν* Paulus Silentarius nominat: *ἦν ζῶσαν εἶχες εὐσεβῆ συνεργάτιν.* Iustinianus autem in rebus gravissimis consiliorum participem habuisse se Theodoram saepe fatetur. Novell. 8. *Haec omnia apud nos cogitantes, et hic quoque participem consilii sumentes, eam quae a deo data est nobis piissimam coniugem.* Zonaras in Iustiniano; οὐδὲν ἦτρον τοῦ κρατοῦντος εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἢ κοινῶνός αὐτῷ τοῦ βίου δεδύνητο. *Nihil ipso imperatore minus, nisi etiam plus, uxor pollebat.* Qui provincias, et magistratus suscipiebant, aequae Iustiniano ac Theodorae fidem, iuramenti religione, publice profitebantur, et suam utrique acceptam referebant dignitatem, et utriusque servos sese appellabant. Novell. 8 in iuramento. Belisarius in duobus triumphis ad Iustiniani Theodoraeque vestigia sistit Gelimere Vandalum, Gotthumque Vittigem, idque opere musivo in Augustaeo praetorio exprimendum Iustinianus curavit, ut

est l. 1 aedif. Κατὰ τὸ μέσον ἐστάσιν ὃ τε βασιλεὺς καὶ ἡ βασιλῆς Θεοδώρα ἐοικότες ἄμφω γεγηθόσι τε καὶ νικητήρια ἐορτάζουσιν ἐπὶ τε τῷ Βανδιλῶν καὶ Γοτθῶν βασιλεῖ δορυαλώτοις τε καὶ ἀγωγίμοις παρ' αὐτοὺς ἤκουσι. *Media vero in tabula sunt imperator ac Theodora Augusta gestientibus similes et exultantibus ob devictos Vandalorum, Gotthorumque reges, qui*
 A 48 *captivi per triumphum ad ipsos trahuntur. Sic in publicis inscriptionibus communis utriusque titulus. Lege apud Cedrenum inscriptionem, quae erat in templo Sophiae. In templo vero S. Sergii, quae domus pridem Iustiniani adhuc patricii fuit, haec extabat inscriptio, quam in manuscriptis Vaticanis codicibus legi.*

ἄλλοι μὲν βασιλῆες ἐτιμήσαντο θανόντας
 ἀνέρας, ὧν ἀνοητος ἦν πόνος. ἡμέτερος δὲ
 εὐσεβίην σκηπτούχος Ἰουστινιανὸς ἀέξων
 Σέργιον αἰγλήεντι δόμῳ θεράποντα γεραίρει
 Χριστοῦ παμμεδέοντος. τὸν οὐ πυρὸς ἀτμὸς ἀνάπτων,
 οὐ ξίφος, οὐχ' ἐτέρη βασάνων ἐτάραξεν ἀνάγκη,
 ἀλλὰ θεοῦ τέτληκεν ὄπερ Χριστοῦ δαμῆναι
 αἵματι κερδαίων δόμον οὐρανοῦ. ἀλλ' ἐνὶ πᾶσι
 κοιρανίην βασιλῆος ἀκοιμήτοιο φυλάξοι,
 καὶ κράτος ἀυξήσῃ θεοστεφέος Θεοδώρας,
 ἧς νόος εὐσεβίῃ φαιδρύνεται, ἧς πόνος αἰεὶ
 καὶ κτεάνων θρεπτήρες ἀφειδέες εἰσὶν ἀγῶνες.

P. 70, 1. *Simulatus his ex adverso studiis*] Ex adversis studiis in rebus fidei licet colligere, et in reliquis negotiis discrepantiam, vel simulationem. Erat Iustinianus, ut ait Leontius de sectis, plane *Συνοδότης, Conciliaris*; ita tum vocati sunt concilii Chalcedonensis propugnatores. Contra Theodora (ut Victor Tannensis affirmat) *occulta esse synodi Chalcedonensis nunquam destitit inimica*. Evagr. l. 4 c. 10. Ἰουστινιανὸς μὲν οὖν τῶν Καλχηδόνι συνελλυθότων, καὶ τῶν παρ' αὐτῶν ἐκτεθειμένων μάλα γενναίως ἀντείχετο. Θεοδώρα δὲ ἡ τούτου σύνοικος τῶν μίαν φύσιν λεγόντων, εἶτε οὕτως ἔχοντες, εἶτε καὶ κατὰ τινα συγκειμένην οἰκονομίαν, ὅμως δ' οὖν ἀλλήλοις οὐκ ἐνιδίδουσαν. *Quemadmodum Iustinianus Episcopis, qui Chalcedone in unum convenerant, et decretis ab illis editis valde constanter adhaesit: sic Theodora eius coniux, illis qui unam in Christo naturam asserebant; sive igitur ita re vera sentirent, sive dedita opera sic inter se convenissent, nemo tamen alteri cedebat.* Reliqua Iustiniano flagitia fortasse condones, hac simulatione nihil tum orbi Christiano perniciosius esse potuit.

P. 70, 1. *Christianos inter se quaestionibus concitatos*] Praecipuae quatuor ferme fuerunt; duae sub Zenone et Anastasio eruperunt: *Concilium Chalcedonense (an referendum in*

Diptycha. Additio facta Trisagio num respuenda. Duæ sub Iustiniano excitatae: *Tria capita a Iustiniano proposita, damnanda, necne. Christi corpus an corruptioni obnoxium.*

P. 70, 1. *Ut paulo post dicam*] Ubinam? vel in codicibus Vaticanis hoc desideramus: vel hanc historiam ad umbilicum Procopius non perduxit. Neque enim memoria excidisse crediderim, quod dicturum se saepius promisit, iterum infra p. 121 et constituta eam ob rem Christianis supplicia, p. 53 et 115. Vide quae ad haec singula loca disserimus. A 49

P. 71, 8. *Quae priscis legibus prohibita essent, in rem publicam introducere*] In antiquis mutandis legibus levitatem Iustiniani alii notarunt, et Andreas Alciatus l. 4 dispunct. c. 7. Quod statim subdit Procopius de magistratuum formis abrogatis. Lege novellas 20. 24 et deinceps usque ad trigesimam primam, Iustinianus ipse fatetur; *a nobis inventos et in ampliore formam redactos magistratus.* Novella 29. *Praeconsoles ergo et praetores, et moderatores, atque veterum huiusmodi nominum maiestas a nobis adinventata est.* Novella 102 V 358 idemque repetit novella 103 et edicto 4. Magistratus ait multifariam mutasse *παρὰ τὸ πάλαι κειρατηκός, contra veterem consuetudinem*, quod id e re publica esse putarit.

P. 71, 11. *Statis magistratuum formis abrogatis*] Eos fere omnes *Iustinianos* vocavit, de quibus in sequenti notatione dicam. Praeterea quaesitorem, et praetorem plebis addidit ad magistratus urbanos; lege novell. 13 et 80.

P. 71, 13. *Ut omnia nova et de suo nomine dicerentur*] Quatuor urbes de Iustiniani nomine vocatas nonnulli recensent, idque nimia honoris cupiditate a gravissimo principe factum mirantur; quid si longe plures? ac praeterea oppida, domos, libros, scholares, magistratus, milites eodem nomine insignitos numerassent? Duodecim urbes ab Alexandro Macedone conditas ac de illius nomine dictas autor chronici Alexandrini refert; et hunc numerum Iustinianus excessit.

U R B E S.

Iustiniana prima, antea Bederina Iustiniani patria. Procopius l. 4 aedif. Agath. l. 5 hist.

Iustiniana secunda, olim Ulpiana apud Dardanos Europaeos. Procop. ibid.

Iustiniana, post debellatos Vandalos, appellata est Carthago in Africa. Novell. 131.

Iustiniana in provincia Byzacena, olim Adrumetus. Procopius l. 6 aedif.

Iustiniana in regione Lazica, antea Petreum dicta. Novell. 28.

Iustiniana in Armenia interiore, olim Bazanis, seu Leontopolis. Novell. 31.

Iustiniana in Campo Armeniae maioris Zumina vocato. Procopius l. 3 aedif.

Iustiniana, quae Sycae quondam vocabatur, modo Galata. Novell. 59. Chron. Alexandr. Stephan. de Urb. Hesych.

Iustinianopolis nova in insula Cypro. Synod. Trull. can. 39.

Iustinianopolis in Epiro, olim Adrianopolis. Procop. l. 4 aedif.

Iustinianopolis seu Myloma in Pamphylia. In provincial. eccl. orientis.

Iustinianopolis sive Spalaea in Galatia. Ibidem.

Iustinianopolis, quae et Evaria in Phoenicia Libani. Ibidem.

Iustinianopolis in secunda Cappadocia. Synod. V. Constant.

Iustinianopolis dicta Cypselon. Ibidem.

Iustinianopolis in Armenia. Ibidem.

Iustinianopolis Camulianorum. Ibidem.

Iustinianopolis in Bithynia. Ibidem. Quarum episcopi Theodosius, Georgius, Gregorius, Basilius, Macedonius eidem interfuerunt synodo.

O P P I D A.

Iustinianopolis oppidum in Mysia. Procopius l. 4 aedif.

P O R T U S.

Iustinianus portus Byzantii, ἐπεὶ Ἰουστινιανὸς παρῶκει πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι. *Ibi Iustinianus antequam imperaret, habitabat. In πατρῷις CP.*

D O M U S.

Iustinianum palatium, in quo rescripta imperatoris vulgabat Demosthenes praefectus praetorio. In cod.

L I T T E R A E.

Iustinianus apex I. littera dicta fuit, ut Coripp. l. 1.

Nominis et recti Iustino in principe vivit Iustinianus apex. _____

L I B R I.

Iustinianum digestum.

Iustinianus codex. Novell. 66 l. unica de nov. cod. fac.

S C H O L A R E S.

Iustiniani novi; iuris candidati, olim Dupondii. Prooem. digest.

D I A D E M A.

Iustinianum. Genus quoddam diadematis imperialis. Georg. Codin. de quo dicam infra ad p. 63 lin. 26. Digitized by Google

MAGISTRATUS.

- Proconsul Iustinianus Cappadociae. Novell. 30.
 Moderator Iustinianus Helenoponti. Novell. 28.
 Moderator Iustinianus Arabiae. Novell. 102.
 Quaestor Iustinianus exercitus. Novell. 41.
 Praefectus Iustinianus militum Mysiae et Scythiae. Novell. 1
 Iustini II.
 Praetor Iustinianus Pisidiae. Novell. 24.
 Praetor Iustinianus Thraciae. Novell. 26.
 Praetor Iustinianus Lycaoniae. Novell. 25.
 Praetor Iustinianus Paphlagoniae. Novell. 29.
 Comes Iustinianus Phrygiae Pacatianaе. Novell. 24.
 Comes Iustinianus primae Galatiae. Novell. 24.
 Comes Iustinianus Isauriae. Novell. 27.
 Comes Iustinianus tertiae Armeniae. Novell. 31.

MILITES.

- Vandali Iustiniani stationarii, quibus post triumphum Vandalicum, praesidia in oriente constituit. Procop. l. 2 bell. Vand.
 Non suum modo Iustinianus nomen, sed etiam Theodoraе coniugis ita studuit immortalitati commendare; quod minime referre piget.
 Theodorias urbs prope Carthaginem novam, olim dicta Baga. Procop. l. 6 aedif.
 Theodorias urbs in confinibus Colchidis. Agath. l. 5.
 Theodorias urbs in Asia minori. Synod. Const. V.
 Theodoropolis dicta Laodicea. Ibid.
 Theodoropolis urbs in Thracia. Procop. l. 4 aedif.
 Theodoropolis praesidium ad Danubium. Ibidem.
 Theodoropolis castellum in Thracia. Ibidem.
 Theodora oppidum in altera Danubii ripa. Ibidem.
 Theodorianaе Balneae in Africa. Procop. l. 6 aedif. Ut nomina, sic et imagines ubique in imperio Romano extabant; idque passim curarunt subditi, cum suam Iustinianus vel in patinis poculisque, ac vasis caelari vellet effigiem, ut refert Corippus libro tertio.

Aurea purpureis apponunt fercula mensis

Pondere gemmarum plus gravia. Pictus ubique

Iustinianus erat.

P. 71, 13. *Ut omnia nova et de suo nomine dicerentur*] Verum imperatorum nomina abolevit, ut suum induceret; nam Theodosii magni statua argentea, ut refert Zonaras, e superbissima columna detracta, suam equestrem imposuit, de qua extat Graecum epigramma. Praeterea suum nomen publice scribi voluit, omnium fere exterarum gentium ac populorum

nominiibus quasi satellitio stipatum, Iustinianus *Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus*, non secus ac si de iis omnibus triumphasset, quamvis nonnullis nationum illarum ipse tributa solveret, alias vero nunquam devicerit. Quare Theodebertus Francorum rex id non solum aegre tulit, sed eam ob rem Longobardos aliosque populos ad inferendum Iustiniano bellum permovit, ut lib. 1 narrat Agathias. Hunc Iustiniani fastum

A 52 Chosroës Persarum rex cum ad eum scribebat, maiore solebat fastu contemnere, ut Menander Protector exponit. Θεῖος, ἀγαθός, εἰρηνοπάτριος, ἀρχαῖος Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, εὐτυχής, εὐσεβής, ἀγαθοποιός, ᾧ τινι οἱ θεοὶ μετὰ τύχην καὶ μεγάλην βασιλείαν δεδώκασιν, γίγας γιγάντων, ὃς ἐκ θεῶν χαρακτηρίζεται Ἰουστινιανῷ Καίσαρι ἀδελφῷ ἡμετέρῳ. Denique rerum a se gestarum, ac praesertim aedificiorum multitudine, atque splendore omnium obscurasse se imperatorum regumque nomina putavit. Quare post absolutum Sophiae templum, ut autor eius historiae narrat, illa Iustiniani vox fuit, ΣΟΛΟΜΩΝ ΝΕΝΙΚΗΚΑ ΣΕ. νικί τε σολομων. Quem etiam lapide expressum e regione S. Sophiae collocat, moestum atque κρατοῦντα τὴν διαγόνα αὐτοῦ καὶ ὄρῳντα τὴν ἀγίαν Σοφίαν, ὅτι ἐνικήθη εἰς μῆκος καὶ κάλλος, *genas dum eam Basilicam contemplantur, carpentem, quasi eius aedificii mole ac pulchritudine suum templum superatum doleret.* Autor Originum CP.

P. 72, 1. *Quas fortunarum rapinas illico vel prodegit barbaris, vel in insana aedificia insumpsit*] Ephraemius in chronico pene ad verbum hanc sententiam, ab aliis licet scriptoribus acceptam, carmine expressit.

Σωρούς ἀπειρῶν χρημάτων χρυσαργύρου
ἐκ παντοδαπῶν ἠρατισμένους τρόπων,
ταῦτ' ἦν ἀφειδῶς ἐκκενῶν ὀσημέραι
εἰς βαρβάρων ἄμυναν εἰς κτίσεις δόμων.

Acervos infinitae pecuniae auri et argenti quacumque ratione aggeratos, quotidie prodigus exhausit vel in barbaros, vel in aedificia. Agathias qui haec vidit l. 5. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ζαβεργάν οὐ πρότερον ἀποστήσεσθαι ἔφασαν πρὶν ἂν χρήματα πολλὰ παρὰ Ῥωμαίων κομισαῖντο καθάπερ οἱ Κουρτίγουροι. ὁ δὲ βασιλεὺς χρυσίον αὐτοῖς ἀπέστειλεν ὁπόσον ἀποχρῆν ᾤετο, ὅπως εἰρηναῖοι ἀπαλλαγείεν τῆς χώρας. *Miles Zaberganae non ante se discessurum affirmabat, quam multam pecuniam, quemadmodum Cartiguri acciperet. Quare imperator tantum auri ad eos misit, quantum sufficere putabat, ut barbari data puce inde excederent.* Is vero qui ad barbaros munera detulit Valentinus fuit βασιλικὸς μαχαιοφόρος, ut Menander Protector narrat. Vide tres sequentes notas.

P. 72, 5. *Barbaros inter se commisit*] Ioannes Antioche-

mus in collectaneis. Λογισάμενος Ἰουστινιανὸς τὴν δαπάνην τῶν τοσοῦτων χιλιάδων δεῖν ἔκρινε μᾶλλον δι' ὀλίγων δώρων συμβάλλειν ἀλλήλοις τοὺς τῶν ἐθνῶν ἀρχοντας, ἵνα αὐτὸς μὲν μητε τοσαῦτα δαπανᾷ εἰς τὸν στρατὸν μῆτ' ὀλεῖται πέμπων κατ' αὐτῶν, ἐκείνοι δὲ ἀλλήλοις αἴτιοι φθορᾶς γίνονται, ὃ δῆτα τέως ἐπὶ τοῖς ἐκείθεν τοῦ Ἰστρου Οὐννοῖς ἐποίησεν. Ἐγραψε γὰρ πρὸς ἓνα τῶν ἀρχόντων, ὅτι τῷ κρείττονι ὑμῶν πέπομφα δῶρα, καὶ ἐγὼ μὲν σὲ οἰόμενος εἶναι τὸν κρείττονα διὰ σὲ τοῦτο ἔγραψα, ἕτερος δὲ τις ἀφείλετο ταῦτα βία λέγων ἐκείνος εἶναι κρείττων. Σπούδασον οὖν ὅτι σὺ πάντων ὑπερέχεις, καὶ λάβε τὰ ἀφαιρέ- P 128
θέντα τιμωρησάμενος αὐτὸν κατὰ λόγον. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποι- A 53
ήσης, εὐδηλον ὅτι ἐστιν ὁ μείζων, καὶ πάντως ἡμεῖς ἐκείνῳ προσκεισόμεθα, καὶ σὺ στερηθήσῃ τοσοῦτων. Ταῦτα μαθὼν ὁ Οὐννος ἐκρότησε πόλεμον κατὰ τῶν ὁμοεθνῶν. καὶ οὕτως ἐπὶ πολὺ μαχόμενα ταῦτα τὰ ἔθνη ὑπ' ἀλλήλων ἀπώλοντο. *Revo- cans ad calculum Iustinianus quae expendebantur in tot mi- litum multitudinem, iudicavit magis expedire paucis muneribus concitare inter se barbarorum tribunos, quam tot pecunias in exercitum, qui in eos immittendus esset, insumere, eaque cura vexari; quo illi sui forent interitus autores. Id sane adversus Hunnos fecit, qui in altera sunt ripa Danubii. Nam scripsit ad unum ex tribunis: munera vestrum praestantissimo nisi, te vero omnibus antecellere ratus, haec ad te potissimum destinavi. At alius, ut audio, vi ea diripuit se praestantissimum esse dictitans. Tuum ergo erit studium ostendere quod longe caeteris excellas. Sume tibi ablata, et illum ulciscere, ut par est. Quod nisi feceris, plane manifestum erit, illum praestare; quare nos quidem ei favebimus, tu vero etiam muneribus privaberis. His auditis Hunnus bellum in suos populares excitavit; sicque ea gens diuturnis et intestinis bellis deleta est. Iisdem artibus in Sandiclum et Zaberganem Cotrigurorum tribunos usus est, ut explicat Agathias l. 5, et Menander Protector in eologis. qui et Abares, inquit, ἠφάνισεν ἄν, delevisset Iustinianus, εἴγε μὴ τῷ ὀφειλομένῳ τέλει πρότερον ἠφάνιστο αὐτὸς, nisi ipse prius morte deletus fuisset.*

P. 72, 6. *Immanes pecunias perdita munificentia largitus est]* In libris ipsis, quos Iustiniano legendos Procopius tradidit, idem habet, et l. 8. Οὐννοὶ δῶρα πολλὰ ἀνὰ πᾶν ἔτος πρὸς βασιλέως κομίζονται, καὶ διαβαίνοντες ποταμὸν Ἰστρον καταθέουσιν Ἰσαὲλ τὴν βασιλέως χώραν, ἔνσπονδοὶ τε καὶ πολέμιοι Ῥωμαίοις ὄντες. *Hunni plurimi quotannis a principe accipiunt donativa, quamquam Danubium transgressi, perpetuo in imperatoris ditionem excurrant, semper foedera, semperque inimicitias cum Romanis exercentes. Toto sui imperii tempore id Iustinianus commisit, sed cum senescere coepit, atque desidia se dedere, haec una illi ad hostium vim repellendam*

fuit machina, ut ait Agathias l. 5. ἀμφὶ τὴν ἰσχάτην τοῦ βίου πορείαν Ἰουστινιανὸς ἀπειρηκέναι τοῖς πόνοις ἰδοὺς, καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἤρεσκεν ξυγκρούειν ἐν σφίσι τοὺς πολεμίους, καὶ δῶροις αὐτούς εἰ που δεῆσοι καταδωπέυειν καὶ ταύτῃ ἀμωσγῆτως ἀποκρούεσθαι, ἢ ἐφ' ἑαυτῷ πεποιθέναι, καὶ μέχρι παντός διακινδυνεύειν. *Ad ultimum suae vitae cursum Iustinianus a laboribus visus est abhorruisse, cum potius haberet committere inter se hostes, et muneribus delinitos tantisper repellere quam sibi fidere, et in apertum se inferre discrimen.* Menander, οἷς οὐκ ἐχρῆν τὸ μεγαλόδωρον ἐπεδεικνυτο. *Quibus haud conveniebat munificentissimus erat.* De hoc saepe in reliqua historia Procopius, et nos infra, ad p. 87 lin. 11.

P. 72, 13. *Qui acta praeda insuper incursionis mercedem consequerentur a munificentissimo principe]* Quod aegro non solum animo tulit populus Constantinopolitanus; sed etiam publice in imperatorem iis vocibus invectus est, ut scribit Agathias l. 5. Οἱ βάρβαροι χρυσίον ἐκομίσαντο χαριστήριον, ὥσπερ ἡμῶν ἐς αὐτούς πεπλημμεληκότων. *Barbari aurum dono tulerunt, quasi in eos iniurii nos fuerimus.* Qua in re cum excusare Iustinianum Agathias nitatur, eo magis accusat.

P. 73, 3. *Multae provinciae quinta et amplius oppressae sint vastatione]* Plenae sunt illius temporis historiae; nec refert de provinciis dicere, quod una sensit urbs Roma. Hanc anno sexagesimo, quam ab Odoacro capta fuerat, Belisarius primo recuperat. Totilas deinde post secundam Belisarii in Gotthos expeditionem, pulsus Romanis occupat. Insequente anno, Belisarius dirutam, peneque vacuum ingreditur. Rursum tertio post anno, Totilas a Belisario reffectam invadit, suoque tenet praesidio. Tandem Narses, fuis Gotthis, profligatoque Totila, adserit imperio Romano. Ex Procopio et Agathia.

P. 73, 7. *Pro pace cum Chosroë stabilienda]* Pecunia Chosroae pro pace numerata fuit δέκα καὶ ἑκατὸν πεντηνάρια. Vide l. 1 de bell. Pers. Iustinianus imperium Romanum Persis tributarium fecit; quanto id cum damno, sensit eius successor Iustinus. Nam arma in Romanos Persae ideo sumpserunt, ut
P 129 Ioannes Epiphaniensis illorum temporum scriptor l. 1 narrat, ὅτι ὁ βασιλεὺς Ἰουστίνος οὐδαμῆ ἤξιον χρυσίου λίτρας πεντακοσίας, ἐφ' αἷς πρότερον γεγόνασιν αἱ σπονδαὶ παρέχειν Μήδοις ἐς ἕκαστον ἔτος, καὶ τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν Πέρσαις ἐπόφορον Ἰσαεὶ καταστήσασθαι. *Quia Iustinus imperator solvere Persis quotannis recusabat quingentas auri libras, quibus stabilitae sub Iustiniano induciae fuerant. Ne Romana respublica Persis tributaria perpetuo fieret.* Idem de Abaribus Menander in eclogis; quorum legatio barbarorum haec continebat. Χρεῶν δὲ βασιλεῦ κληρονομοῦντά σε τῆς πατρῴας ἀρχῆς, καὶ τοὺς πατρῴους φίλους οὐκ ἄλλως ἢ περὶ ὁ πατήρ ὁ σὸς εὖ ποιεῖν, καὶ

καὶ τῆ φαινεσθαι μᾶλλον διαδάχον εἶναι τετελευτηκότος τῷ μηδὲν ἐναλλάττειν ὧν ἐκεῖνος ἐπραττε περιῶν, οὐτα γὰρ καὶ ἡμεῖς τῆς αὐτῆς ἀνθεξόμεθα γνώμης, καὶ οὐχ ἦττον τὸ τῆς εὐεργεσίας ὄνομα μεταθήσομεν, εἰ δὲ καὶ μετ' ἐκεῖνον εὐεργέτην ἀποκαλέσομεν πρὸς γε καὶ αἰσχυνθησόμεθα τῷ πεπονθέναι καλῶς μὴ τοῖς ὁμοίοις ἀμείβεσθαι τὸν δεδρακότα. Καὶ γὰρ πατέρα τὸν σὸν δώροισι ἡμᾶς φιλοφρονούμενον ἀντεδωρούμεθα τῷ καὶ δυνάμενοι μὴ κατατρέχειν τὴν Ῥωμαϊκὴν, ἀλλὰ πλέον ἐνδείκνυσθαι τι τοὺς γὰρ ἐκ γειτόνων ὑμῖν βαρβάρους τὴν Θράκην αἰεὶ περικόπτοντας ἠφανίσασμεν ἀθρόον, καὶ οὐδεὶς ὅστισοῦν αὐτῶν περιλέλειπται τὰ Θρακῶν ὄφισματα καταδραμούμενος, δεδίασι γὰρ τῶν Ἀβάρων τὴν δύναμιν φιλικῶς ἔχουσιν πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν. πεπεισμεθα δὴ οὖν ὡς ἐν τούτῳ μόνῳ καινοτομήσεις ἡμᾶς, τῷ πλέον παρέχειν ἡμῖν, ἢ ὁ σὸς ἐδίδου πατήρ. ἀνθ' ὧν καὶ ἡμεῖς ἤπερ ἐκεῖνον γενησόμεθά σοι κατὰ τὸ πλέον ὑπεύθυνοι, καὶ μιλζοντας ἐποπλήσομέν σοι τὰς χάριτας. πάρεσμεν οὖν ληψόμενοι τὰ κατὰ τὸ εἰωθός. γινῶθι γὰρ ὡς ἄλλως οὐκ ἔστι δυνατόν τὸν καθ' ἡμᾶς ἠγεμόνα σοὶ τε καὶ τῇ Ῥωμαίων εὐνοούστατον ἔσεσθαι πολιτεία, εἴγε μὴ ἐγγειρισθείη πρότερον αὐτῷ τὰ ἐφ' οἷς οὐ κινεῖν ὄπλα κατὰ Ῥωμαίων ἔγνω. Huiusce legationis sententiam in illis Corippi carminibus habes. A 5

*Ad tua nos princeps haec splendida moenia misit
Annua perlargi patris solatia vestri
Sumere tempus adest. Sanctus quae praebuit ille,
Vos etiam praebere decet, si foedera pacis
Intemerata tibi, si mavis pacta manere,
Debita quaerenti transmittite munera regi.*

P. 73, 9. *In societatem pertractis Alamundaro, et Hunnis]* De Alamundaro, et Hunnis in societatem vocatis, et de bello ob id recrudescente lege l. 2 bell. Pers. ubi quasi ex aliorum sententia hoc idem Iustiniano flagitium impropere. Nam secundum caput conditionum pacis cum Chosroë stabilitae sic habebat. Ὡς ἂν οἱ σύμμαχοι Σαρακηνοὶ ἐκατέρως πολιτείας ἐμμένουσιν καὶ οὐ τοῖς βεβαιωθεῖσι, καὶ μήτε τοὺς Περσῶν κατὰ Ῥωμαίων, μήτε τοὺς Ῥωμαίων ὀπλίξασθαι κατὰ Περσῶν. Ut narrat Menander Protector. *Saraceni utriusque reipublicae socii, haec stabilita capita observent, ut neque Persarum socii contra Romanos, neque Romanorum foederati contra Persas arma sumant.*

P. 73, 16. *Hos omnes priori sententia decedere iussit]* Non damnat Procopius Iustiniani zelum, sed apostoli censura carpit, quod is non secundum scientiam fuerit. Primo, ob exactas ab haereticis poenas non tam religionis causa, quam pecuniae cupiditate. Deinde, quod Samaritas et Gentiles, qui verbi praedicatione ab erroribus erant abstrahendi, ipse legum, V 360 et armorum vi ad pietatem cogere maluerit. Tertio, quod

non tam falsas sectas aboleverit, quam Christianam religionem illorum colluvie polluerit, qui legum terrore, et poenae formidine per simulationem ad ecclesiam transierunt. Denique quod ea severitate Romanam rempublicam flagitiosorum hominum coniurationibus perturbaverit, ac tot populorum sanguine, caedibusque compleverit. Quae omnia prudens quisque imperator nullo reipublicae periculo, ac minimo subiectorum incommodo facile obtinisset. Addit Theophanes, *δουὶς αὐτοῖς προθεσμῶν τριῶν μηνῶν πρὸς ἐπιστροφὴν, constitutum his omnibus a Iustiniano fuisse trium mensium tempus ad conversionem.*

P 130 P. 74, 8. *Quibus nemo principum aliquando molestiam intulisset]* Non negat Procopius ab aliis principibus animadversum olim in Arianos fuisse, quorum exiliis, bonorum publicationibus, atque suppliciis plenae superiorum essent temporum historiae: sed indicat a Iustiniano haereticorum fortunas oppidatim, populatimque, et sub idem tempus confertim fuisse direptas; quod alii principes non nisi privatim, et per occasionem, parciusque fecissent. Caeterum non solum ecclesiastici ultimo supplicio afficiendos putarunt haereticos; Dioscori siquidem Alexandrini in hominem religionis reum ea vox est, *οὐ μόνον τιμωρίας ἄξιός ἐστιν, ἀλλὰ πυρὸς, non qualicumque dignus poena est, sed igne.* Et contra Eusebium Dorylaei episcopum conclamatum est Ephesi; *ἄρον, καῦσον Εὐσέβιον. οὗτος ζῶν καῖ. οὗτος εἰς δύο γένηται. ὡς ἐμέρισε, οὕτω μερισθῆ. Tolle, incende Eusebium. Hic vivus ardeat. Hic in duo dissectetur. Sicut divisit, ita dividatur.* Verum etiam Constantinopolitani imperatores, ut Constantinus in Arii librorum lectores, sectatoresque, et Marcianus Augustus in Eutychianos capitali supplicio animadvertendum censuerunt. Hi vero neque a ridiculis tam perniciosarum pestium impropriis abstinuerunt. Nam Byzantii in publicis latrinis haereticorum antesignani ex marmore sculpti humi iacuerunt, ut in teterima capita ventris onera plebs egereret: quod hic satis fuerit addidisse ad sexcenta alia, quae docti viri hac super re ex antiquis monumentis collegerunt. *Ἐνθα Ἄρειος τὸν αἰσχιστὸν θάνατον ἀπέλαβεν, ὑπὸ τοῦ θεοφιλοῦς Θεοδοσίου ἄρειος ἐν μαρμάρῳ ἀναγλύφῳ γειτνιῶντι τῇ γῆ ἐτέθη, καὶ σὺν ἐκείνῳ Μακεδόνης, Σαβέλλιος, καὶ Εὐνόμιος πρὸς αἰσχύνῃν αὐτῶν, ὡς ἂν οἱ παρερχόμενοι κόπρον, καὶ οὐρὸν, καὶ ἐμπτύσματα ἐνρῖψωσιν αὐτοῖς. Eo in loco ubi Arius abominandam mortem subivit, a piissimo Theodosio sculptus est ex marmore humi haerens, et una cum illo Macedonius, Sabellius, et Eunomius ad improprium, ut praetereuntes sputis, urina, ac stercore eos deturparent.* In πατρίοις CP. Demum si qui principes, ut Procopius ait, Arianis vel aliis sectariis non intulerunt molestiam, ii vero non solum contra ecclesiasticas sanctiones, sed

imperiales etiam fecerunt; ut idem Iustinianus, qui lege adversus omnes Arianos lata, immunes tamen Exocionitas Arianos pronunciavit. Eos scilicet qui ad sua sacra extra urbem Byzantium parte septemtrionali conveniebant; quem locum Ἐξω κίονια, a compluribus extra moenia columnis inibi extantibus dictum fuisse legimus in antiquitatibus CP. Theophanes, ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἀπέσπασε πάσας τὰς ἐκκλησίας τῶν αἰρετικῶν, καὶ ἀπέδωκεν αὐτὰς τοῖς ὀρθοδόξοις, διὰ τῶν Ἐξακιονιτῶν Ἀρειανῶν. *Imperator Iustinianus abstulit omnes haeticorum ecclesias, easque orthodoxis concessit, exceptis iis, quae Arianorum Exacionitarum essent.* Hi nempe nobilissimi Arianorum erant, in quorum collegium adscribi Gotthorum reges Italici consueverant. Quare autor chronici Alexandrini, ad annum Zenonis undecimum, Theodoricum *Exocionitam* vocat; quem locum eruditus interpree Matthaeus Raderus parum intellexit.

P. 74, 15. *A seditionum popularibus passim mactati*] In ecclesia sancti Mocii a Constantino exaedificata, et iam inde ab Arianis occupata, eorum πολλοὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου, *quamplurimi contrucidati sunt tempore Iustiniani magni.* In πατρίοις CP. ita legimus.

P. 75, 1. *Cum iis temere conflagrarunt*] Similia in historiis habentur; Salustius idem plane de Thalensibus scribit. *Hi postquam murum arietibus feriri, resque suas afflictas vident, aurum, argentumque, et alia, quae prima ducuntur, domum regiam comportant; ibi vino et epulis onerati, illaque et domum, et semet igni corrumpunt, et quae victi ab hostibus poenas metuebant, eas ipsi volentes pependere.*

P. 75, 2. *Lege hac lata etiam in Samaritas*] Quid illa lex contineret, paulo ante Procopius dixit. *Hos omnes priore A 57 sententia decedere iussit, protervis tum alia minatus, tum et ne liberis aut propinquis bona relinquerent interdicens.* Iustiniani ergo constitutio contra Samaritas non est lex nona cod. de haeret. ut vir doctus Caesar Baronius opinatur. Accedit quod in novella 129 singula numerantur capita constitutionis in Samaritas, quae in lege illa nona minime apparent. Porro tres de Samaritis video Iustiniani constitutiones. Prima de religione illis interdicta, cuius hic Procopius meminit; unde turbae et seditiones in Palaestina manarunt. Secundae singula capita in novella 129 recensentur, quam, ut Cyrillus Scythopolitanus ait, instante sanctissimo viro Saba Palaestino- P 131 rum legato Iustinianus sancivit, factam ab eis rebellionem, et damna Christianis illata vindicaturus. Haec summa constitutionis fuit. *παύεσθαι τὰς τῶν Σαμαρειτῶν συναγωγὰς, καὶ πάσης τῆς πολιτείας ἀπελαύνεσθαι, καὶ μήτε κληρονομεῖν τοὺς ἰδίους, μήτε κατὰ δωρεᾶς δίκαιον αὐτοῖς παραπέμπειν.* ἔτι δὲ

ἀναιρεθῆναι αὐτούς, μάλιστα τοὺς ἀρχηγούς, καὶ ἀτάκτους. *Ut Samaritarum synagogae clauderentur. Ipsi vero a republica gerenda submoverentur. Ne ad suos haereditates, vel etiam donationis nomine transmitterent. Ut denique ipsorum primores et seditiosi occiderentur.* Tertia Iustinianus superiorem revocavit Sergii Caesareae praesulis rogatu. Nam novella 45 quae de Iudaeis aequae ac Samaritis est, huc non pertinet.

P. 75, 6. *Christianorum nomine cum suo permutato*] Iustinus iunior novella de Samaritis. *Evaserunt, inquit, in tantam nonnulli eorum vesaniam, ut vel salutari baptismo dignati, denuo ad id mali unde discesserant, redierint, et eadem cum Samaritanis habere in pretio, eodem cum ipsis agitari furore dignoscantur.* Chronicon Alexand. Τινὲς ἐξ αὐτῶν φοβηθέντες προσῆλθον ἐξ ἀνάγκης τῷ Χριστιανισμῷ, καὶ δεχθέντες ἐβαπτίσθησαν, καὶ ἕως τῆς σήμερον ἐπαμφοτερίζουσιν. καὶ ἐπ' αὐστηρίᾳ μὲν ἀρχόντων σχήματι διεψευσμένῳ ὑπόουλός καὶ κακούργως ὡς Χριστιανούς ἑαυτούς ἔμφανίζουσιν, ἐπὶ χυνότητι δὲ ἀρχόντων φιλοχρημάτων Σαμαρείται καὶ μισοχριστιανοί, καὶ ὡς μὴ γνόντες Χριστιανισμὸν οὕτω διαπλάττονται τοὺς ἀρχοντας πείθοντες Σαμαρείτῃν διὰ τῶν χρημάτων. *Quidam ex illis sibi metuentes, urgente necessitate, se ad Christianam religionem contulerunt, qui recepti sacro fonte tincti sunt, hodieque utramque religionem consecantur in speciem quidem propter severitatem praesidum se subdole et perfide Christianos mentiuntur: nacti vero magistratus avaros, et in religione remissos, Samaritae sunt, pessimeque oderunt Christianos, itaque vivunt, ac si Christum nescirent, ut provinciarum procuratores pecunia corrumpunt, ut Samaritis faveant.* Ex his, ut Cyrillus Scythopolitanus ait, fuit Arsenius homo singularis apud Iustinianum et Theodoram autoritatis, de quo Procopius infra p. 120.

P. 75, 10. *Agrestes agmine facto in Caesarem arripiunt arma*] Huiusce Samaritarum rebellionis omnes fere posteriores historici meminerunt. Theophanes accidisse ait anno Iustiniani secundo, mense Iunio. Chron. Alexandr. anno quarto Lampadio et Oreste consul. Uter verius, haud facile dixerim. Τούτῳ τῷ ἔτει Σαμαρειτῶν στασιασάντων, καὶ ποιησάντων ἑαυτοῖς βασιλεῖα καὶ Καίσαρα, ἐπέμφθη Εὐρηναῖος ὁ Πενταδίας Στρατηλάτης, καὶ ἐθανάτωσε πολλούς. *Hoc anno Samaritanis tumultuantibus, sibi que regem et Caesarem creantibus, Ireneus Pentadiae dux exercitus missus est, qui multos interfecit.* Aliam refert Samaritarum seditionem Theophanes ad annum Iustiniani vigesimum nonum; quem locum ita vertit Anastasius Bibliothecarius. *Vigesimo nono imperii Iustiniani anno seditionem concitavere Iudaei et Samaritae Caesareae Palaestinae, et facti quasi in ordine Prasinovenetorum irrue-*

runt in Christianos eiusdem civitatis, et multos interfecerunt, et ecclesias combusserunt. Stephanumque praefectum ipsius urbis in praetorio peremerunt, et substantiam eius surripuerunt. Uxor vero illius ascendens ad urbem, adiit imperatorem, qui iussit Adamantio magistro militum descendere in Palaestinam et occisionem exquirere Stephani, etc. In hac expeditione imperator fuit Adamantius; in priore illa Irenaeum Pentadiae Theophanes memorat, Cyrillus Scythopolitanus Theodorum et Ioannem. Sed huius, utpote eiusdem aetatis scriptoris, integram audire narrationem praestat, quam e scriptis Vaticanis libris decerpimus. Οἱ κατὰ Παλαιστίνην Σαμαρείταις τὸ ἔθνος ἅπαν κατὰ τῶν Χριστιανῶν στρατεύσαντες πολλὰ ἀθέμιτα διαπράξαντες, τὰς μὲν ἐμπιπτούσας ἐκκλησίας πραιδιδύοντες, τοὺς δὲ συμπιπτοντας Χριστιανούς διαφόροις κολάσεσιν ἀπειδῶς ἀποκτείνοντες, καὶ χωρία ὀλόκληρα τῷ πυρὶ παραδιδόντες, ἐν τοῖς μάλιστα περὶ Νεάπολιν τόποις, ἔνθα τυραννήσαντες Ἰστέφαν ἑαυτοῖς βασιλέα Ἰουλιανόν τινα συνέθνον αὐτῶν. Τότε δὴ τὸν μὲν ἐπίσκοπον Νεαπόλεως Σαμμωνᾶ κατέσφαξαν, τινὰς δὲ συλλαβόμενοι πρεσβυτέρους, καὶ τούτους κατακόψαντες ἀπειτηγάνισαν μετὰ λειψάνων ἄγιων μαρτύρων, καὶ πολλὰ τοιαῦτα δεινὰ πεποιήκασιν, ὥστε τὰς βασιλικὰς καλουμένας ὁδοὺς ἀδιαβάτους τοῖς Χριστιανοῖς γενέσθαι. Τούτων οὖν ἀπάντων εἰς ἀκοὰς εἰσελθόντων τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἐκλεύθησαν Θεόδωρος καὶ Ἰωάννης οἱ ἐνδοξότατοι στρατὸν συναγαγεῖν, καὶ τῶν Σαμαρειτῶν καταστρατεῦσαι, καὶ συμβολῆς γενομένης ἀνῆρέθη Ἰουλιανὸς καὶ πλῆθος πολὺ Σαμαρειτῶν.

P. 75, 10. *Designatoque sibi imperatore Iuliano*] Sicuti multarum gentium a se profligatarum nomina sibi Iustinianus ascivit, ita et eius tyranni, ut habes in edicto septimo, *imper. Cass. Flav. Iustinianus, Aleman. Gotth. Franc. Germ. Ant. Alan. Vand. Affr. Pius, felix, inclytus, victor, triumphator, semper Augustus, Iulianus*. Parum hoc animadvertit Henricus Agylaeus, vel quisquis alius ad illam inscriptionem notavit: *Quod Iulianus his adiicitur, vitiosum iudicio*. Num (quod modo succurrit) ibi Iustinianus rescribit Iuliano praefecto praetorio? de quo nos infra ad p. 92. Octavius a Rosberg profert huius Iuliani antiquum nomisma; sed allucinatur; nam Iuliani Apostatae id esse cum reliqua omnia declarant, tum aversa nomismatis facies gentilium simulacris insignita, A 59 et votum *Cybalae Turratae ac Palladi* nuncupatum.

P. 75, 17. *Exactione nullo humanitatis modo imperata*] Non dissimulo Cyrilli Scythopolitani, qui haec pene vidit, narrationem plane contrariam. Is refert primae Palaestinae, ubi potissimum Samaritarum incursio desaevierat, *δώδεκα κεντηναρίων συγγώρησιν ἐποιήσαντο δημοσίων, duodecim centenariorum ex publicis vectigalibus remissionem factam fuisse*: Scythopoli

vero quae hostium damna minus senserat, ἐνὸς μόνου κεντηναρίου συγχώρησιν δοθῆναι συνείδον οἱ ἐπίσκοποι, unius tantum centenarii remissionem dandam episcopos decrevisse. Episcopus ait decrevisse, nempe Antonium Ascalonitam, et Zachariam Pellensem, quos pensitandis clericorum et ecclesiarum damnis Iustinianus praefecerat, ut idem Cyrillus narrat. Nam Sabas vir sanctus eam remissionem non pro clero tantum, sed etiam pro populis Palaestinae fidelibus fortasse petierat: Iustinianus instante tali tantoque viro ecclesiis negare veritus est; reliquis populis concedere noluit. Hoc est de quo Procopius conqueritur. Ino ea ipsa tredecim centenariorum remissio, si cum cleri, ecclesiarum, et monasteriorum Palaestinae multitudine comparetur, post tantam cladem minima et pene ridicula videbitur. De vectigali ab ecclesiasticis etiam persoluto dicam infra, ad p. 102 lin. 31.

P. 76, 1. *In gentiles saevitiam convertit*] Anno imperii suo tertio, indictione octava, ut scribit Theophanes, ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς διωγμὸν μέγαν κατὰ Ἑλλήνων, καὶ πάσης αἰρέσεως, καὶ τὰς τούτων οὐσίας ἐδήμευσεν ἀπάσας. *Fecit Iustinianus imperator persecutionem magnam adversus gentiles, et omnes haereticos, illorumque substantias publicavit.* Mirum sane est primarios imperatoriae aulae principes, hac lata lege, gentilitiae superstitionis reos actos fuisse. Inter hos, ut refert Hesychius, Procopius, Theophanes, et Suidas, fuerunt *Tribonianus quaestor, Thomas magister officiorum, Ioannes praefectus praetorio, et Phocas patricius magister militum* conficiendo codici a Iustiniano praefecti. His addit Theophanes *Asclepiodotum praefectum praetorio, Macedonium referendarium, et Pegasium Heliopolitanum patricium.* Falso Ainoinus numerat *Belisarium*: lege quae supra narrat Procopius de Theodosio e sacro lavacro suscepto ab Antonina et Belisario.

P. 76, 3. *Inter libamina, et sacrificia, atque impias religiones deprehensi sunt*] Hac infamia notatur Severus, quem unice amavit ac fovit Theodora imperatrix. In ep. monachorum ad Menam.

P. 76, 4. *Quas vero in Christianos ipsos commisit, infra dicturi sumus*] Saeviit etiam in Christianos; quod licet hic, et rursus infra p. 115 polliceatur, nescio tamen an oblivione promissum non fecerit. Hoc autem loco (quantum assequi coniectura possumus) dicturus erat Procopius de Christianorum caedibus, aliisque suppliciis ob tria capita, et alias eo tempore controversas de dogmatibus quaestiones. Id ipse

A 60 Procopius innuit lib. hist. 8. οἱ γὰρ ἄλλοι ἐν Ἰλλυριοῖς ἀμφὶ πόλιν Οὐλπιάναν βασιλέως ἐπαγγέλλαντος διατριβὴν ἔσχον στά-
P 138 σεως ἐνταῦθα πρὸς τῶν οἰκητόρων γεγεννημένης, ὥντιες ἔνεκα

ἐν σφίσιν αὐτοῖς οἱ Χριστιανοὶ διαμάχονται, ἥπερ μοι ἐν λόγοις τοῖς ὑπὲρ τούτων γεγράφεται. *Nam alii Ulpianae in Illyrico Caesaris iussu substituerunt; nempe excitata inibi a civibus seditione ob eas quaestiones, quibus inter se Christiani dissident; de quibus opportuno loco dicturus sum.* Scilicet iam tum librum Ἀνεκδοτῶν moliebatur. Vide has notas infra ad p. 115.

P. 76, 5. *Post haec turpes puerorum amores lege vetuit]* Duae hac de re constitutiones extant. 77 et 141 quarum altera cum per aliam occasionem scripta videatur, altera vero data sit anno decimo octavo post consulatum Basili, haud dubito, quin prima interciderit, quam sub initium imperii factam hic Procopius subindicat, ac Theophanes editam anno secundo aperte dicit, et occasionem ferendae legis ita narrat. *Τούτῳ τῷ ἔτει Ἡσαΐας ἐπίσκοπος Ῥόδου, καὶ Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος Διοσπόλεως τῆς Θράκης καθηρέθησαν ὡς παιδερασταὶ εὐρεθέντες, καὶ ἐτιμωρήθησαν δεινῶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως καυλοτομηθέντες καὶ πομπεύσαντες τοῦ κήρυκος βοῶντος. Ἐπίσκοποι ὄντες τὸ τίμιον σχῆμα μὴ ἐνυβρίζοιτε. καὶ ἐξέθετο ὁ βασιλεὺς νόμους σφοδρούς κατὰ τῶν ἀσελγαινόντων, καὶ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν ἐτιμωρήθησαν.* *Hoc anno Esaias episcopus Rhodi, et Alexander episcopus Diospoleos in Thracia exautorati sunt, utpote masculorum corruptores deprehensi, et ab imperatore severe puniti sunt, nam exsectis veretris per urbem ducti, praecone proclamante; quicumque estis episcopi reverendam dignitatem ne dehonestetis. Quare Augustus in libidinosos severas leges edidit, multique supplicio affecti sunt.* Severas nominat leges quas hic Procopius refert, ac detestatur, quibusque nescio an religiosissimus imperator Constantinus magnum bonum factum adscripsisset; praesertim cum in episcopos tam indecore observarentur. Nam ille (ut Theodoretus narrat l. 1 c. 11) *paludamento se obtecurum affirmabat eum episcopum, quem alienae uxori stuprum inferentem forte vidisset, ne facinoris aspectus, eos qui id ipsum cernerent, ulla ex parte laederet.*

P. 76, 7. *Nulla prorsus decore in eos facta animadversione]* Scilicet, ut statim subdit, pudendis truncati, publice ludibrio erant, sicuti modo ex Theophane diximus. Addit Ioannes Siculus et Anonymus in chronico, *τοῖς δὲ καλάμους ὀξεῖς εἰς τοὺς πόρους τῶν αἰδολῶν διεπέρασε.* *Aliis vero acutos calamos in meatus genitalium ingressit.* Quod nescio quis detestatus, id cur faceret, ab Iustiniano quaesivit, *εἰ δὲ ἱεροσυλήκασιν, οὐκ ἂν τὴν χεῖρα τούτων ἀπέτεμον; an non, inquit ille, si sacrilegium commisissent, manus illis amputandae fuissent?* Zonaras.

P. 77, 7. *Senatores vero ut ab iisdem emungi fortunis potuerint, iam dico]* Licet de suppilatis senatorum bonis in

hac tota historia sparsim complura disserat Procopius; hoc tamen loco quasi proprio ex praecipuis senatoribus nonnullos nominat. Inter alios fuit Iuliana nobilissima, eademque piissima femina; a qua tamen singulari prudentia, atque religionis documento delusus est Iustinianus. Longior narratio est, tu eam lege apud Gregorium Turonensem de gloria martyrum c. 133.

P. 78, 1. *Possessionem quasi haeredes adeunt, productis tabulis, quas ab eo minime confectas fama erat*] Hoc etiam supra p. 36 et p. 67. Horum scelorum minister fuit Anatolius domus imperatoriae curator, ἄδικος ἐς τὰ μάλιστα γεγωνὸς καὶ πολλοὺς ὄσους τῶν οἰκείων ἀφρημένος γραπτὰς σανίδας, καὶ ῥάκη ὑποπόρφυρα τοῖς τῶν εὐδαιμόνων οἰκοῖς θαρᾶ ἐπέβαλε τὴν ἐς βασιλέα εὐνοίαν προῖσχύμενος, καὶ ταύτη ἅπαντα ἐσπετερίζετο βιαζόμενος μὲν ἀναίδην, καὶ ἀναβόηγνός τὰ βουλευμάτα τῶν ἀποιχομένων, χαίρειν δὲ λέγων πολλὰ τοῖς νόμοις, οἳ δὴ τοὺς παῖδας κληρονομεῖν ἐθέλουσι τῆς τῶν φουδάντων περιουσίας: homo iniustissimus, qui quam multorum bona expropriavit, et titulorum tabellas, vel purpurae segmenta divitum domibus saepe affixit, praelataque illorum in Caesarem benevolentia sic omnia furatus est, impudenter violatis, atque abolitibus defunctorum voluntatibus, necnon legibus pessumdati, quae liberos paternae substantiae hereditatem adire volunt.

P 134 Agathias l. 5. Vide has notas ad p. 127. Ut in aere Caesaris ea fuisse bona intelligerentur, scripti illi tituli, vel appensa purpura declararunt. Hoc non est assecutus Christophorus Persona interpres; ad quod illustrandum facit locus ille novellae 28 ubi Iustinianus ait nemini licere titulos affigere praediis vel domibus alienis. μόνον γὰρ ἴδιον τοῦτο τοῦ τε δημοσίου, τῶν τε βασιλικῶν οἰκῶν, τῶν τε ἡμετέρων, τῶν τε τῆς εὐσεβεστάτης Ἀγούστης, id enim proprium esse fisci, domorum imperialium, nostrarum, et piissimae Augustae. Ibiq̄ vocat titulos σανίδας, ut hoc loco Agathias. Iurisconsultus Graecus sic explicat. Μηδεὶς τίτλους ἰδικούς τοῖς ἀγροῖς αὐτοῦ ἐπιθήσῃ ἢ τοῖς τοῦ Πέτρου. οἶον ἵνα τυχὸν θῆσῃ ἐν τῇ εἰσόδῳ τοῦ ἀγροῦ πινακίδιον, ἢ σκουτάρην, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτο, καὶ γράψῃ ἐν ἐκείνῳ ὅτι ὁ παρῶν ἀγρὸς τοῦ Σεβαστοκράτορος ἐστίν, ἢ τοῦ μεγάλου Δομεστίκου, ἢ κρεμάσῃ βῆλον βασιλικόν, ὥστε νομίζεσθαι αὐτὸν εἶναι βασιλικόν. Vide has notas ad p. 128.

V 362 P. 78, 2. *Tatiani, Demosthenis, Hilarae*] Tatianus vir ditissimus, magister officiorum, ad quem Iustinus et Iustinianus rescribunt. l. 5 cod. de mag. offic. Demosthenes sub Iustino egit praefectum praetorio, atque iterum sub Iustiniano, ut dicimus infra ad p. 92. De Hilara in antiquis monumentis nihil occurrit.

P. 78, 6. *Ioannis Basilii filii*] Tantaе fuerunt horum

divitiae, ut passim ab imperatoribus darentur obsides, et a barbaris perlibenter acciperentur. Basilius pater ab Anastasio Persis datus est, et anno eius imperii quinto decimo redemptus. Theophanes. Ioannes vero filius datus iisdem est a Belisario. Procopius l. 2 bell. Pers.

P. 78, 11. *Pretium id Darum convectum*] De huius civitatis nomine nescio quid somniarit Aimoinus l. 2 de gest. Franc. nam *Persarum regi captas Romanorum urbes restituere neganti, Iustinianus, inquit, respondit, Daras. Pro cuius novitate sermonis civitas eo loci constituta est, cui Daras nomen est.* Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς ἐταίχισε τὸ Δαρὰς χωρίον τῆς Μεσοποταμίας μέγα καὶ ὄχυρον μέσον τῶν ὀρίων κείμενον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν, καὶ ἐποίησεν ἐκκλησίας, καὶ ἀποθήκας σίτου, καὶ κιστέρνας ὑδάτων καὶ ἑμβόλους, ὀνομάσας αὐτὴν Ἀναστασιούπολιν, καὶ ἔδωκεν αὐτῇ δίκαια πόλεως. *Anastasius imperator Daras Mesopotamiae Pagum magnum et munitum ad fines Persarum, et Romanorum situm moeniis cinxit, ornavitque ecclesiis, horreis, cisternis, ac propugnaculis, et Anastasiopolim vocatum, donavit iure civitatis.* Idem habet Procopius l. 1 bell. Pers. et Evagrius l. 3 c. 37 additque locum illum *Daras* ob id appellatum, quod Darius ibidem ab Alexandro rege Macedonum penitus devictus fuerit. Chron. Alexandr. Doras, quia δόρατι, *hasta* Darius ab Alexandro confossus interierit.

P. 78, 16. *Sed plane difficile memoratu est, quot hominum sese ultroneos haeredes instituerint*] Etiam Evagrius l. 4 carptim breviterque tam uberem historiae partem perstringere maluit. Sed l. 5 c. 3 libere prodidit Aetherium patricium, qui Iustiniano tot scelestum ac furtorum minister fuit. Ἀθήριος διὰ πάσης ἰῶν συκοφαντίας τὰς τε τῶν ζώντων, καὶ τελευτώντων οὐσίας ληϊζόμενος ὀνόματι τῆς βασιλικῆς οἰκίας, ἧς ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ προειστήκει. *Aetherius nullum calumniae genus praeteriens, tum vivos, tum mortuos nomine aulae imperatoriae, cui, regnante Iustiniano, praefuit, fortunis spoliavit.*

P. 79, 1. *Antequam seditio existeret victoriorum*] In Graeco est, ἡ τοῦ ΝΙΚΑ στάσις, *seditio VINCE.* Evagr. l. 4 c. 13. ἡ προσηγορίαν τὸ σύνθημα τῶν δῆμων δέδωκε. τὸ Νίκα γὰρ ἐπικλησιν ποιούσι τοῦτο τῶν δῆμων ἀλλήλοις συναφθέντων σύνθημα δόντες τῆς ἐς ἀλλήλους γνώσεως. *Quae nomen ex tessera populi accepit: quippe Nica, id est, Vince, fuit propterea appellata, quod populus inter se congressus, hanc tesseram Nica sibi praescripsit, quo alter ab altero internosceretur.* Procop. l. 1 bell. Pers.

P. 79, 1. *Seditio Victoriorum*] Quam Procopius fuse prosequitur l. 1 bell. Pers. affirmatque in ea caesa fuisse Constantinopoli triginta hominum millia. Quam parva vero iurgii

scintilla tantum incendio excitavit, Theophanes minutissime narrat ex antiquis et publicis urbis Constantinopolitanae monumentis: in quibus cum veluti in tabula videre sit eius imperii statum, Iustiniani mores, circi, et theatri licentiam, alia demum, quae ad hanc illustrandam historiam vehementer faciunt, eaque inedita sint, hic ex manuscriptis Vat. codd. danda curavimus cum nostra interpretatione.

A 63 Ἴγνονεν ἡ ἀνταρσία τοῦ Νίκα τρόπῳ τοιοῦτῳ. ἀνελθόντα τὰ μέρη ἐν τῷ Ἰππικῷ ἔκραξαν οἱ τῶν Πρασίνων, ἅκτα διὰ Καλοπόδιον τὸν Κουβικουλάριον, καὶ Σπαθάριον. ΠΡΑΣ. ἔτη πολλά Ἰουστινιανῆ Ἀυγουστα, Τυ νινασ. ἀδικοῦμαι, μόνε ἀγαθῆ, οὐ βαστάζω. οἶδεν ὁ θεός. φοβοῦμαι ὀνομάσαι, μὴ πλέον εὐτυχῆσῃ, καὶ μέλλω κινδυνεύειν, ΜΑΝΔΑΤΩΡ. τίς ἐστιν; οὐκ οἶδα. ΠΡΑΣ. ὁ πλεονεκτῶν με τρισυῶγουστε εἰς τὰ τζαγγάρια εὐρίσκεται. ΜΑΝΔ. οὐδεὶς ὑμᾶς ἀδικεῖ. ΠΡΑΣ. εἰς καὶ μόνος ἀδικεῖ με, θεοτόκε, μὴ ἀνακεφαλῆσοι. ΜΑΝΔ. τίς ἐστιν ἐκείνος; οὐκ οἶδαμεν. ΠΡΑΣ. σὺ καὶ μόνος οἶδας, τρισυῶγουστε, τίς πλεονεκτεῖ με σήμερον. ΜΑΝΔ. εἴτις ἂν ἔστιν, οὐκ οἶδαμεν. ΠΡΑΣ. Καλοπόδιος ὁ Σπαθαῤριος ἀδικεῖ με, δέσποτα πάντων. ΜΑΝΔ. οὐκ ἔχει πρᾶγμα Καλοπόδιος. ΠΡΑΣ. εἴ τίς ποτέ ἐστιν τὸν μόνον ποιήσοι τοῦ Ἰούδα. ὁ θεός ἀνταποδώσοι αὐτῶ ἀδικοῦντι με, διὰ τάχους. ΜΑΝΔ. ὑμεῖς οὐκ ἀνέριχθε εἰς τὸ θεωρῆσαι, εἰ μὴ εἰς τὸ ὑβρίσαι τοὺς ἄρχοντας. ΠΡΑΣ. εἴ τις δήποτε ἀδικεῖ με, τὸν μόνον ποιήσοι τοῦ Ἰούδα. ΜΑΝΔ. ἡσυγᾶσατε Ἰουδαῖοι, Μανιχαῖοι, καὶ Σαμαρεῖται. ΠΡΑΣ.

Rebellio, quae dicta est Vince, ita contigit. Utraque factio in circum convenerat: magnisque clamoribus rogabant Prasini, ut in Calopodium Cubicularium, et Spatharium ageretur ex lege. PRASINI. Multos annos tu vivas Iustiniane Auguste. Iniusta patior, optime Caesar, nec sum ferendo; testis mihi deus: sed nominare non audeo, ne et illi meliorem fortunam, et mihi ob id periculum pariam. MAND. Quis ille est? nam ignoro. PRAS. Qui me iniuriis afficit, in Sutorum regione habitat, Auguste maxime. MAND. Nemo vos afficit iniuria. PRAS. Unus ac solus est, qui mecum agit iniuste. Sic ille nunquam attollat caput, o deipara. MAND. Quis vero ille est? plane non novimus. PRAS. Imo tu solus nosti Auguste maxime, a quo ego his diebus premor iniuste. MAND. Quis tandem sit ille nescimus. PRAS. Calopodius Spatharius, supreme domine, ille iniurius in me est. MAND. Atqui laedit Calopodius neminem. PRAS. Quisquis ille est, sic ut Iudas dispereat. Homini in me iniurioso vicem deus reddat quantocyus. MAND. Huc non spectaturi vos acceditis, sed conviciis principes insectaturi. PRAS. Quisquis, inquam, iniuria me vexat, sicut Iudas dispereat. MAND. Quiescite Iudaei, Manichaei, Samaritae. PRAS. Iudaeos,

Ἰουδαίους, καὶ Σαμαρείτας ἀποκαλεῖς; ἢ Θεοτόκος μετὰ ὕλων.
MANΔ. Ἔως πότε ἐαυτοὺς καταρᾶσθε; *ΠΡΑΣ.* εἴ τις οὐ λέ-
γει, ὅτι ὀρθῶς πιστεύοι ὁ Δεσπότης, ἀνάθεμα αὐτῶ, ὡς τῶ
Ἰούδα. *MANΔ.* ἐγὼ ὑμῖν λέγω εἰς ἓνα βαπτίζεσθαι. *ΠΡΑΣ.*
ἀνεβόησαν ἐπάνω ἀλλήλων, καὶ ἔκραζον, ὡς ἐκέλευσεν Ἄντλας,
εἰς ἓνα βαπτίζομαι. *MANΔ.* ὄντως εἰ μὴ ἠσυχάσητε, ἀποκε-
φαλίξω ὑμᾶς. *ΠΡΑΣ.* ἕκαστος σπεύδει ἀρχὴν κρατῆσαι, ἵνα A 64
σωθῆ. καὶ εἴτι ἂν εἴπωμεν θλιβόμενοι, μὴ ἀγανακτήσοι τὸ
κράτος σου. τὸ γὰρ θεῖον πάντων ἀνέχεται. λόγον ἔχοντες,
αὐτοκράτορ, ὀνομάζομεν ἄρτι πάντα. ποῦ ἐστὶν οὐκ οἶδαμεν,
οὐδὲ τὸ παλάτιον, τρισαύγουστε, οὐδὲ πολιτείας κατάστασις.
μίαν εἰς τὴν πόλιν προέρχομαι, ὅταν εἰς Βουρδώνην καθέξωμαι.
εἶθε μὴδὲ τότε τρισαύγουστε. *MANΔ.* ἕκαστος ἐλεύθερος ὅπου
ἔθελει, ἀκινδύνως δημοσιεύει. *ΠΡΑΣ.* καὶ θαρβῶ ἐλευθερίας,
καὶ ἐμφανίσει οὐ συγχαροῦμαι. καὶ εἰς ἐστὶν ἐλεύθερος, ἔχει V 363
δὲ Πρασίνων ὑπόληψιν, πάντως εἰς φανερόν κολάζεται. *MANΔ.* P 136
ἐτοιμοθάνατοι, οὐδὲ τῶν ψυχῶν ὑμῶν φείδεσθε. *ΠΡΑΣ.* ἐπαρ-
θείτω τὸ χρῶμα τοῦτο. καὶ ἡ δίκη οὐ χρηματίζει. ἄνες τὸ
φρονεῦσθαι. καὶ ἄφες κολαζόμεθα. Ἴδε, πηγὴ βρούουσα, καὶ
ὄσους θέλεις κόλαξε. ἀληθῶς δύο ταῦτα οὐ φέρει ἀνθρωπίνην

et Samaritas nos appellas? Et nobis propitia deipara est.
MAND. Quousque in vestra capita effundetis maledicta? *PRAS.*
Quisquis non recte credere Augustum dicat, ut Iudae, sic illi
anathema sit. *MAND.* Si me auditis, in unum omnes baptiza-
minor. *PRAS.* Tumultuose exclamarunt; sic ut Antlas iussit,
in unum baptizor. *MAND.* Omnino, nisi quieveritis, capite pu-
niemini. *PRAS.* Quisque ambit imperium, ut securus vivat.
At nos qui in aerumnis versamur, quidquid loquimur, aequi
bonique consulat imperium tuum: nam et divinum numen sic
omnes suffert. Quaestionem, imperator, habemus, ideoque
omnia hic loquimur. Quandoquidem Auguste maxime, neque
curiae, neque reipublicae dignitatem ullam superesse videmus;
tum solum prodego in urbem, cum Burdoni insideo, utinam
Auguste maxime, ne tum quidem. *MAND.* Quisquis liber, quo-
cumque libitum illi est, secure prodire potest. *PRAS.* Mea sane
libertate fido, nec tamen mihi in publicum venire permittitur.
Quisquis liber cui Prasiniae factionis iniecta suspicio sit, statim
luce palam punitur. *MAND.* Destinata cruci capita, itane ve-
stras animas devovetis? *PRAS.* Scilicet de medio tollamur nos
hoc insigniti colore. Interim nullus sit iustitiae locus. Tu a
caedibus abstine; ac tum malefactorum nos poenas luamus.
Ut illae ex fonte saliant aquae, ita fluat illorum cruor, quos
ad supplicium expetieris. Verum duo illa (iniustitiam et cru-
delitatem) humanum ingenium plane abhorret. Utinam in lu-

φύσις. εἶθε Σαββάτιος μὴ γενήθη, ἵνα μὴ ἴσχειν υἱὸν φονέα. εἰκοστὸς ἔκτος φόνος ἐστὶν ὁ γενόμενος εἰς τὸ ζεύγμα. τῇ πρώτης ἐθειώρει, καὶ τῇ δῆλῃ ἰσφάγῃ, ἃ δέσποτα πάντων. **ΒΕΝΕΤ.** τοὺς φονεῖς ὅλον τοῦ σταδίου ὑμεῖς μόνοι ἔχετε. **ΠΡΑΣ.** πότε οὐ σφάζεις, καὶ ἀποδημεῖς; **ΒΕΝΕΤ.** σὺ δὲ σφάζεις, καὶ διακενῆς. τοὺς φονεῖς γὰρ τοῦ σταδίου ὑμεῖς μόνοι ἔχετε.

A 65 ΠΡΑΣ. δέσποτα Ἰουστινιανὲ αὐτοὶ παρακαλοῦσι, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς φονεῖει. Νοήσει ὁ μὴ θέλων. τὸν ξυλοπόωλῃν τὸν εἰς τὸ ζεύγμα τίς ἐφόνευσεν, αὐτοκράτορ; **ΜΑΝΔ.** ὑμεῖς αὐτὸν ἐφονεύσατε. **ΠΡΑΣ.** τὸν υἱὸν τοῦ Ἐπαγάθου τίς ἐφόνευσεν, αὐτοκράτορ; **ΜΑΝΔ.** καὶ αὐτὸν ὑμεῖς ἐφονεύσατε, καὶ τοὺς Βενέτους πλέκετε. **ΠΡΑΣ.** ἄρτι Κύριε ἔλθεσον. τυραννεῖται ἡ ἀλήθεια. ἤθελον ἀντιβάλλαι τοῖς λέγουσιν, ἐκ Θεοῦ διοικεῖσθαι τὰ πράγματα. πόθεν αὕτη ἡ δυστυχία; **ΜΑΝΔ.** ὁ Θεὸς κακῶν ἀπειραστος. **ΠΡΑΣ.** Θεὸς κακῶν ἀπειραστος. καὶ τίς ἐστὶν ὁ ἀδικῶν με; εἰ φιλόσοφος ἐστὶν, ἢ ἐρημίτης τὴν διαίρεσιν εἰπάτω τῶν ἐκατέρων. **ΜΑΝΔ.** βλασφημοὶ, καὶ θεοχόλωτοι, ἕως πότε οὐχ ἠσυχάζετε; **ΠΡΑΣ.** ἂν θεραπεύεται τὸ κράτος σου, στέγω, καὶ μὴ θέλων τρισαύγουσσε. ὅλα, ὅλα οἶδα, ἀλλὰ σιωπῶ. σώζου δίκη, οὐκ ἐτι χρηματίζεις. μεταβαίνω, καὶ τότε λουδαῖζω. μᾶλλον δὲ ἐλληνίσαι συμφέρει, καὶ μὴ βενετίσαι, ὁ

cem Sabbatius non venisset, certe filium te non habuisset sanguinarium. Sexta et vicesima nunc caedes ad Zeugma patrata est. Mane ille in theatro spectabat; sub vesperum, supreme domine, caesus fuit. **ΒΕΝΕΤΙ.** Apud vos duntaxat convenientium in stadio sunt homicidae. **ΠΡΑΣ.** Tu vero sine sanguine, quando hinc abscessisti? **ΒΕΝ.** Tu vero nulla etiam de causa in caedes prorumpis. Nam apud vos inquam, duntaxat convenientium in stadio sunt homicidae. **ΠΡΑΣ.** Domine Iustiniane, isti alios irritant, et a nemine trucidantur. Hoc, et qui nolit, intelligit, puto. Fabrum lignarium ad Zeugma quis interfecit, o imperator? **ΜΑΝΔ.** Vos illum occidistis. **ΠΡΑΣ.** Filium Epagathi quis interemit, o imperator? **ΜΑΝΔ.** Et illum vos; in causam vero Venetos trahitis. **ΠΡΑΣ.** Hem modo, propitius sis deus, ut veritas conculcatur. Pene nunc velim cum iis disserere, qui divino nutu res humanas gubernari contendunt. Unde haec infortunia? **ΜΑΝΔ.** Deus intentator malorum est. **ΠΡΑΣ.** Ita sane, deus malorum est intentator. At quis iniuste me opprimit? Age quisquis es philosophus, vel eremita: cedo utriusque distinctionem. **ΜΑΝΔ.** Blasphemi, impii, quando demum quiescetis? **ΠΡΑΣ.** Dum tibi Auguste maxime ita cordi est, vel invitus quiesco. Omnia, singula novi, at obmutesco. Iustitia vale. Nullus iam tibi locus reliquus est. Discedam hinc, ut nomina Iudaeis dem. Omnino praestat et gentilium ritibus initiari, obtestor deum, quam cum Venetis convenire.

θεός οἶδε. *BENET.* τὸ μισῶ, οὐ θέλω βλέπειν, καὶ ὁ φθόνος παρνοχλεῖ μοι. *ΠΡΑΣ.* ἀνασκαφεῖτω τὰ ὄστιά τῶν θεωρούντων. καὶ κατήλθον οὗτοι, καὶ εἶασαν τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς Βενέτους θεωροῦντας ἐν τῷ Ἰπποδρόμῳ.

VENET. Tantum scelus non videam. Vestri tamen odium me ut id velim stimulat. *PRAS.* Effodiantur illorum post mortem ossa, qui hoc in spectaculo subsederint. Sic Prasini abierunt, Caesare ac Venetis in circo relictis.


P. 79, 8. *Mihi, et mei ordinis plerisque]* Nempe primariis viris illustribus et ordinis senatorii; nam et urbanam praefecturam gessit Procopius, ut in praefatione dixi. Medicum fuisse somniant Blondus et Sabellicus.

P. 79, 9. *Perniciosi daemones, et funestae hominum pestes]* Hanc fuisse consuetam hominum sui ordinis, hoc est, senatorum vocem, affirmat Procopius. Nam ex quodam usu, et communi consuetudine, qui reipublicam atrocius vexarint principes, id ipsum olim etiam audierunt. Infra p. 84 explicatius. *Alii genio huius hominis comiti adscriberent, pars dictitaret* A 66 *iratum mortalibus numen, Romanorumque exosum imperium perniciosis furiis potestatem fecisse tantorum malorum.* Et Ioannes Cappadox praefectus praetorio omnium sceleratorum P 137 postremus, id ipsum a senatu, populoque Constantinopolitano audivit, ut idem Procopius indicat lib. 1 bell. Pers. extremo. Synesius epist. 57. *Ἀνδρόνικος δαίμων ἀρήγιος ἄπληστος συμφορῶν.* *Andronicus Martius daemon calamitatum insatiabilis.* Et rursus, *δαίμοσιν ἐαυτὸν ἄρας προσένειμε. Daemonum se numero aggregavit.* Et epist. 78. *Ὅς ἂν καὶ ὄστις ἀμότατος δαιμόνων ἠλέησεν, ἐξηρησθῶν τοῦ λόγου θόας τε καὶ Ἀνδρόνικος.* *Quorum vel crudelissimus quisque daemonum misertus esset, excipio Thoantem, et Andronicum, qui soli daemonum implacabiles.* Denique eius gentis, ex qua fuit Procopius, nempe Syrorum Palaestinarumque, id proprium est, homines notae improbitatis daemoneis comparare. Sicarii §. Reg. c. 21. Magus act. 13. *filii diaboli* vocantur. Imo Christus dominus si quid non ad gratiam loquitur, statim Iudaeis, apud Ioannem, *Daemoniacus* est, et appellatur. Christus de Iuda parricida. *Et unus ex vobis diabolus est.* Ioannis 6. De Theodora ita Theophilus in vita Iustiniani. *Duxit Iustinianus Theodoram egegiam puellam, licet reclamante matre Bigleniza, quippe quae indolem puellae aliqui scitissimae et eruditissimae, sed levioris et arrogantioris ingenii aliquando obfuturam fortunae et pietati filii pertimesceret, praesertim quia vetula quaedam divinationibus addicta Theodoram futuram Daemonodoram Romano imperio, inflexuramque rectitudinem Iustiniani ex sortium augurio consulenti Biglenizae praedixerat.*

P. 80, 7. *Sabbatii coniugis*] Hic fuit Iustiniani imperatoris pater. Arnoldus Uvion gradu Aniciano vigesimo alium ita comminiscitur: *Anicius Germanus Probus, Anicii Iustiniani Probi filius. V. C. nulla alia re clarus memoratur, nisi quod ex Anicia sorore Anicii Iustini imperatoris, quae ei uxor fuit, filios tulerit Vitalianum, Germanum, et Iustinianum imperatorem, et filiam Biglentiam. Nomen eius in historiis quidem non reperitur; addidimus tamen illud nos, tum filii Germani coniectura, tum etiam quod omnino arbitremur illum Germanum esse, ad quem extat Hormisdæ papæ epistola 54 tom. 1. Ep. decret. in qua illustrissimus vocatur, hortaturque ad defensionem tam ecclesiae quam aliquot etiam episcoporum. Si quis tamen aliter repererit, contentioni cedo. Ita sane. Nam et Iustinianus, eiusque parens, et avunculus ex albo Aniciorum delendi. Germanus fratruelis Iustiniani dicendus, ut supra ad p. 23 probavimus. Hormisdæ epistola Germano viro consulari reddenda. De Vitaliano sentiendum, ut ad p. 30 diximus. Iustiniani pater non Germanus, sed Sabbatius appellandus. De Biglentia rectius quam Panvinius, qui Iustiniani filiam esse credit: ἀδελφήν, sororem vocat Procopius l. 2 bell. Vand. licet Graecorum more *Biglantiam* dixerit, quam Latine *Vigilantiam* nominamus; sic apud Mauritium in Strategicis βίγλα et βιγλῆσιν, *vigilia, vigilare*. Corippus de Iustino iuniore;*

A 67 *Mater consilii placidis Vigilantia vestris*
 V 364 *Semper inest oculis; quamquam omni pectore gestas*
 Alma Augusta tui consore Sapientia regni.

Nempe alludit ad nomina *Vigilantiae* matris, et *Sophiae* uxoris Iustini iunioris. Quanquam *Vigilantiae* nomen Latine inflexum puto ex Illyrico nomine *Bigleniza*, quod Iustiniani imperatoris matris vocabulum fuit. Huius *Vigilantiae* maritum facit Arnoldus Dorotheum consulem; bene Victor Tunnensis in chronico, *Iustinus iunior Vigilantiae sororis Iustiniani Augusti filius, patre dulcissimo natus*. Sed ne singulos errores, quos in Iustiniani imperatoris genealogia texenda commiserunt Arnoldus, Panvinius, Trithemius, et alii, singulatim enumeremus, eam tibi ob oculos in diagrammate ponimus, eo sane veriore, auctioremque quod ex pluribus autoribus, iisque antiquioribus, nempe eiusdem aetatis, illam collegimus.



1. N. N. parentes Iustini imperatoris in historia prorsus obscuri.
2. 3. *Iustinus* imperator, *Euphemia* Augusta coniuges. Procopius hic p. 29. Victor Tunnensis in chron. Theodorus Lector.
4. *Eutharicus* Cillica Amalasantae maritus, filius adoptivus Iustini imperatoris. Cassiodorus l. 8. Var. epist. 1. *Desiderio quoque concordiae factus est per arma filius, quamvis vobis pene videbatur aequaevus.*
5. *Athalaricus* rex Gotthorum. *Tunc mihi dedistis gratiam nepotis, quando meo parenti adoptionis gaudia praestitistis.* Cassiod. ibidem. Nam ea epistola est ad Iustinum, ut probavimus ad p. 28.
- A 68 6. *Bigleniza* soror Iustini, mater Iustiniani imperatoris, de qua hic Procopius nomine dissimulato, Iornandes lib. de success. Marcellinus ad cons. Mavortii. Nomen *Biglenizae* Theophilus in vita Iustiniani prodidit.
7. *Sabatius* Iustiniani pater, cuius nomen bis legimus, semel hic apud Procopium: iterum apud Theophanem, quem paulo ante citavimus. *Istokus* etiam appellatus est ab Illyriensibus. Theophilus in vita Iustiniani.
8. *Iustinianus* imperator Iustini ex sorore Nepos, et filius adoptivus; quare in Novellis patrem saepius eum appellat. *Uprauda* a suis gentilibus dictus est. Idem Theophilus.
9. *Theodora* Iustiniani imperatoris uxor. Procopius l. 1 bell. Pers. 1 Vand. 3 Gotth. Evagr. l. 4. Victor Tunn. in chron. Perperam Aimoinus l. 2 de gest. Franc. *Antoniam* vocat.
10. *Theodorus Zirus* Iustiniani filius naturalis, quem extincta Theodora, suscepit; Theophanes Byzantius apud Photium. Vide has notas ad p. 20.
11. *Ioannes* Theodorae filius naturalis ex patre Arabe. Procop. hic p. 76.
12. N. filia Iustiniani, et Theodorae Anonyma. Procop. hic p. 20 et 2 bell. Vand.
13. *Anastasius* Iustiniani et Theodorae ex filia nepos. Procop. hic p. 20.
14. *Ioannina* Belisarii et Antoninae filia Anastasio desponsa, et cum illo clanculum a Theodora coniuncta; deinde ab Antonina post obitum Augustae ab eius amplexu abstracta. Procop. ibidem.
- P 139 15. *Vigilantia* soror Iustiniani imperatoris, Iustini secundi mater. Procop. l. 2 bell. Vand. Victor Tunn. in chron. fortasse ex Illyrico nomine *Bigleniza*.
16. *Dulcissimus* Vigilantiae maritus. Victor ibidem.
17. *Iustinus* iunior Augustus Iustiniani imperatoris nepos ex sorore Vigilantia. Victor ibidem. Corippus, Evagr. l. 5.

Ioannes Scholast. Epiphanensis l. 1. Theophylactus Si-
mocatta l. 3 c. 9. Ioachimus Camerarius male vertit
apud Nicephorum *fratris filium*. Menander Protector l. 1.
Iustinianum Iustini *μητραδέλφον* appellavit, quasi *τῆς μη-*
τρὸς Iustini *ἀδελφόν*.

18. *Tiberius* a Iustino est adoptatus. Qui uxorem habuit *Ana-*
stasiam, ex ea duas filias susceperat antequam Caesar re-
nunciaretur, *Charitonam*, quam Germano in matrimonium
collocavit; et *Constantinam*, alii *Constantiam* Mauritio de-
sponsam, qui a Tiberio Caesar creatus eidem in imperio
successit. Evagr. Theoph. in chron.
19. *Sophia* Theodorae neptis, Iustini secundi imperatoris uxor.
Victor Tunn. Corippus.
20. *Iustus* Iustini filius ex *Sophia*, antequam imperium paren-
tes cepissent, natus ac mortuus. Theoph.
- 21 et 22. *Arraba* seu *Arabia* filia Iustini iunioris, et *Sophiae*,
cuius maritus *Baduarius* Curopalates. Corippus l. 2 sed
nomen quidem ipse reticet; in *πατρίοις* CP. nos in-
venimus.

_____ *similisque parenti,*

_____ *nomen distabat et aetas,*

Non tam egregiae distabat gratia formae.

A 67

Graeci tamen historici *Sophiam* imperatricem *λωβήν* fuisse
narrant.

23. *Helena* filia *Baduarii* et *Arrabae* neptis Iustini imperatoris.
In *πατρίοις* CP.
24. *Badurius*, alias *Bidurius* secundus *Vigilantiae* filius, Iustini
imperatoris frater, et comes imperatorii stabuli. Theo-
phanes ad annum Iustini octavum.
25. *Marcellum* Iustini imperatoris fratrem vocat Corippus l. 2.
Fratris in obsequium gaudens Marcellus abibat.
26. *Proiecta* *Vigilantiae*, et *Dulcissimi* filia, Iustiniani impera-
toris neptis. Procopius l. 2 bell. Vand. et 3 bell. Gotth.
27. *Arcobindus* praefectus praetorio orientis, et Africae, pri-
mus *Proiectae* maritus. Marcellinus P. C. Basilii 6. Pro-
cop. l. 2 bell. Vand. V 365
28. *Ioannes* *Pompei*, filius *Anastasio* imperatoris pronepos, se-
cundus *Proiectae* maritus. Procop. l. 3 bell. Gotth.
29. *N. N.* Iustiniani imperatoris frater, et eius uxor a nullo
historicorum nominantur, licet eorum filii passim recen-
seantur a Procopio et aliis.
30. *N.* uxor *Boraidis* Iustiniani imperatoris nepotis, cuius et
filiae dissimulatis vocabulis, meminit Procopius l. 3 bell.
Gotth.
31. *Boraides* fratris Iustiniani imperatoris filius primus. Pro-
cop. ibidem.

32. N. filia Boraidis, Iustiniani neptis, de qua Procopius *ibid.*
33. *Iustus* fratris Iustiniani imperatoris filius secundus. Procop. l. 2 bell. Pers.
34. *Germanus* fratris Iustiniani imperatoris filius tertius; passim de hoc Procopius: Marcellinus, Iornandes de rebus Get. lib. extremo.
35. *Passara* uxor Germani prior. Procop. l. 2 bell. Gotth.
36. *Iustinus* primus Germani filius ex Passara. Procop. *ibid.* Marcell. in eius consulatu.
37. *Iustinianus* secundus Germani filius ex Passara. Procop. *ibidem.* Theophylactus Simocatta l. 3 c. 12 *Dux*, inquit, *designatur Ἰουστινιανὸς ὁ τοῦ Γερμάνου υἱὸς τοῖς κορυφαϊοτάτοις τῶν ἐν τέλει συναριθμούμενος. Iustinianus Germani filius, unus de optimatum primoribus.*
38. *Iustina* filia Germani ex Passara. Procopius hic p. 23.
39. *Ioannes* Vitaliani consulis Nepos, Iustinae Germani filiae maritus. Procop. *ibidem*, et l. 3 bell. Gotth.
- P 140 40. *Mathasuenta* Eutharici, et Amalasantae reginae filia Vittigis Gotthorum regis relicta, posterior Germani uxor. Iornand. l. de rebus Geticis extremo. Procopius l. 3 bell. Gotth.
41. *Germanus* Germani filius posthumus ex Mathasuenta. Iornand. *ibidem.*

Legimus apud Theophanem in *chron. Marciani* et *Marcelli* Iustiniani imperatoris Nepotum nomina, quorum hic contra Persas duxit exercitum, anno avunculi trigesimo quinto: ille anno trigesimo sexto missus est in Africam contra Mauritanos, qui nescio an alius ab eo sit, quem Theophanes alter Byzantius Iustini imperatoris patruelem nominat. De *Marciano* ita Ioannes Epiphaniensis l. 1. *Ἰουστίνος ἐς τὴν ἐξῆς ἐπέμπει Μαρκιανὸν στρατηγὸν ἐν τοῖς πατρικίοις τῆς συγκλήτου βουλῆς τεταγμένον, αὐτῷ τε πρὸς γένος συνημμένον τῶν τε πολεμικῶν κινδύνων οὐκ ἄπειρον, καὶ ἄλλως ἀνδρεῖον ὄντα τε καὶ δοκοῦντα. Iustinus in orientem Marcianum mittit imperatorem, qui inter patricios et senatores conscriptus erat, et sibi sanguine propinquus, belli vero periculorum minime expers, qui et vir strenuus fuit, et eam apud alios opinionem est consequutus.* De eodem Theophyl. Simocatta l. 3 c. 10. Hos in diagrammate non posuimus, quorum incerti parentes sunt. Legimus praeterea in *πατρίοις CP.* ad portam aeneam septem Iustiniani *συγγενῶν, consanguineorum* posita fuisse signa, quorum silentur nomina. Pseudogordianus in epistolis quas Theodora ac Iustiniano falso adscribit, *Tertullum* patricium Romanum Iustiniani *Esadelphum*, et sanctum Placidum *nepotem* mentitur. Sed facile est fraudem autoris detegere. Plures Theodora liberos iste memorat; sed praeter unam foeminam,

nulli eidem fuerunt. Sancti Sabae precibus ne vel unum quidem, ut infra dicemus, impetrare potuit marem regni successorem. Ea ipsa foemina praemature obiit, atque etiam Theodora vitam amisit quinquennio antequam quinta synodus Constantinopoli celebraretur, cuius patres a Pseudogordiano illo vitam Theodoraе liberisque eius precantes inducuntur. Sed infra plura de illarum epistolarum impostura.

P. 81, 6. *Monachum deo insigniter gratum*] Zosimus vir eximus, cuius diversa sanctitatis monumenta exponit Evagrius l. 4 c. 7 e Lycia destinatus est ad Iustinianum, ut in novell. 5 c. 2. Sabas homo celebris sanctimoniae a Palaestinis ad eundem est allegatus, ut scribit Cyrillus Scythopolitanus: item alii. Euthymius, Theodosius, aliique sanctissimi monachi sub Iustiniano floruerunt: nullius tamen fixum nomen expressit Procopius.

P. 83, 7. *Mansuetissimum hominis ingenium*] Cum in reliquis pertractandis negotiis, tum maxime in disputationibus, quando temperare calorem ingenii, impetum reprimere, sibi que imperare perquam difficile est. Ipse de se Iustinianus apud Innocentium Maronianum aequalem suum. *Cognovistis, inquit, quantis propositionibus rationabilibus, et pacificis cum omni mansuetudine et patientia prolatis a nobis Episcopus Philoxenus persuasus est.* Qua mansuetudine adeo praestare sibi ipse videbatur, ut Episcopos inter disputandum ad eam hortari veritus non sit; quod idem Maronianus Episcopus refert.

P. 83, 10. *Sacerdotibus indulgebat*] Non solum aliena occupantibus, ut hic narrat, et infra Emessenorum clericorum exemplo explicat: sed etiam Constantinopolitanis patriarchis *Oecumenici* nomen per summam Romanorum pontificum iniuriam aucupantibus. Quod cum primus Ioannes Cappadox ausus fuisset, ipse qui tum Iustino avunculo superstite rempublicam administrabat aequo animo tulit, deinde imperium adeptus, ratum gratumque habuit, suisque legibus perniciosum nomen inscripsit. Quare iurisconsulti multis parcant interpretationibus, cum *Oecumenici* nomen Constantinopolitano patriarchae attributum. In Iustiniani constitutionibus offendunt. A 71

P. 83, 12. *Si quando huiusmodi causas cognosceret*] P 141 Eadem licentia causas ecclesiasticorum Iustinianus cognovit, qua iisdem leges praescribere ausus est; nec solum civiles causas, sed etiam religionis et controversias de fide sibi sumpsit, *gaudebatque*, ut Liberatus ait, *se de talibus causis iudicium ferre*; adeo ut ab episcopis saepenumero scriptis, gravissimisque verbis, et aliorum Caesarum exemplo monitus nihil cesserit. Facundus Herminianensis duodecimum eius operis librum quod de tribus capitibus Iustiniano nuncupavit, in hoc argumentum iusumit. Ex quo libro pauca delibare ad hanc

historiae partem illustrandam operae pretium duximus. *Cognovit Marcianus quibus in causis uteretur principis potestate, et in quibus exhiberet obedientiam Christo, et ideo ne impius atque sacrilegus videretur, post sacerdotum sententiam opinioni suae nihil reliquit. Et statim. Ob hoc itaque vir temperans, et suo contentus officio ecclesiasticorum canonum executor esse voluit, non conditor, non exactor. Deinde adlatis exemplis regis Oziae, Dathan, Abiron, Ozae, et aliorum qui se sacris audacter ingesserunt: His autem, ait, atque huiusmodi rationibus et exemplis Augustae memoriae Marcianum communitum et edoctum fuisse credibile est, ne imperii sibi commissi decorem alieni officii usurpatione foedaret. Quod si etiam minus eius animo quae memoravimus occurrerunt, modestum virum sua procul dubio ratio temperavit, qua nosse facile poterat Christi solius esse regnum cum sacerdotio simul habere, et quae propria sunt sacerdotii regibus interdixisse. Et infra profert exemplum Leonis imperatoris. Idcirco, inquit, pia memoriae Leo quietem non conturbavit ecclesiae, quia non suo arbitrio ac potestate praesumpsit doctrinae Dominicae decreta statuere, nec quidquam solis creditum sacerdotibus usurpavit. Neque solum non extorquere, sed nec praeire tentavit sententiam sacerdotum. Et paulo post ita concludit. Si quis ergo horum periculorum nescius, cum videri doctus appetit importune ac nulla utilitate suadente spontaneis quaestionibus ecclesiam turbat, hic non dispensator familiae Dominicae, sed dissipator est, et mysteriorum dei dispersor. Quod illi principes esse timuerunt, et idcirco non tantum quia vires eorum superabat tanti negotii magnitudo; verum etiam quia non acceperant, non sibi assumpserunt huius dispensationis officium.*

P. 83, 5. *Male parta aliorum bona templis addixit]* Evagr. l. 4 c. 29 narratis Iustiniani rapinis subdit. ἀφειδῆς δὲ χρημάτων ὑπήρχεν ὥστε πρᾶξι τε ἄλλα μυρία εὐσεβῆ καὶ Θεῷ ἀρέσκοντα, εἰπερ ἐξ οἰκείων δρωῶν οἱ τούτων ἐργάται, καὶ καθαρὰς τὰς σφῶν πρᾶξεις καρποφορεῖν. *Erat et prodigus ita, ut alia infinita exequeretur opera, sane pia, deoque accepta, si modo vel ille, vel alii qui talia moliantur, de suis ipsorum bonis efficienda curarent, suasque actiones vacuas a sceleris labe, tanquam hostias deo offerrent.*

P. 84, 3. *Illud etiam pugnavit, ut in unam omnes convenirent de Christo sententiam]* Etiam in hist. de bell. Gotth.

A 72 aegre ferre videtur Procopius eam legationem qua Hypatius
V 366 Ephesinus, et Demetrius Philippopolitanus hac super re functi sunt apud Romanum pontificem. Has de fide quaestiones non solum inutiles esse, verum etiam publicae quieti non parum officere Procopius existimavit. De hac eius absurda sententia

fuse disseruimus, cum de historia hac quid sentiremus, pronuntiavimus. Iustinianus vero non ideo vituperandus quod pugnaverit, ut in unam omnes convenirent de Christo sententiam; sed quia id ut antistes et ecclesiae doctor egisse visus est, non ut imperator; sicuti manifestum erit ex iis quae infra ad p. 83 notabimus, et paulo ante ex Facunda Hermionense ostendimus.

P. 84, 4. *Haud esse homicidium ratus, quod in alienas opinionis populares committeretur*] Haereticos extremo etiam supplicio puniendos perperam hic negat Procopius, ut ex iis quae ad p. 51 notavimus perspicuum est. Fortasse de Catholicorum caedibus dicere voluit, qui disoreparent a Iustiniani opinione de incorrupto Christi corpore, de tribus capitibus, antequam quinta synodus celebraretur, ut infra dicemus ad p. 115.

P. 84, 13. *Tribonianus vereri se vehementer affirmabat, P 142 ne ob singularem pietatem in coelum improviso surriperetur*] Hesychius Milesius Procopii aequalis in libello de viris illustribus. *Τριβωνιανὸς κολακεύων Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα ἐπειθεν αὐτὸν ὡς οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλ' εἰς οὐρανὸς ἐρπαγήσεται. ἦν δὲ ὁ Τριβωνιανὸς Ἕλληνας καὶ ἄθεος. Tribonianus adulando persuadere Iustiniano imperatori conabatur, eum non moriturum, sed in coelum assumptum iri. Erat quippe Tribonianus Gentilis, et atheus.* Idem refert Suidas: merito. Agapetus Diaconus illud Iustiniano saepe saepius inculcat, ut assentatores caveret. Scilicet ingenium hominis longa consuetudine didicerat Agapetus.

P. 84, 14. *Ob singularem pietatem*] Scilicet blandiebatur Caesari Tribonianus in ea maxime re, qua ipse summopere sibi Caesar placebat. Inde omnia consilia ducere, ad eam omnes a se saucitas leges referre non est ubi Iustinianus non dicat ac repetat. Suas ad deum preces pro haereticorum conversione apud Episcopos praedicare non desinit, ut Innocentius Maroniae Praesul qui eum coram audivit in epistola ad The matem narrat. *Ingressus sum* (aiebat Iustinianus) *in oratorium gloriosi Michaëlis Archangeli, quod est in Cochlio, et rogavi dominum dicens. Quia si in veritate uniri habent nobis, compunge eos velociter consentire, etc. Et cognovistis quantis propositionibus rationabilibus, et pacificis cum omni mansuetudine et patientia prolatis a nobis vir reverendissimus Episcopus Philoxenus persuasus est, etc.* Denique in ipso illo communi imperatorum nomine, PIUS, licet adscititio gloriam pietatis quaesivit novella 78. *Ἀντωνίνος ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμος, ἐξ οὐπερ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ τῆς προσηγορίας καθήκει. Antoninus qui a pietate nomen invenit, a quo eiusdem nominis decus ad nos usque pertingit.* Sed Christiani imperatores

inde a Constantino magno quasi tesseram religionis quam colerent, Pii nomen sibi vindicarunt. A Gentilibus illa se accepisse fatentur. FLAVIUS. AUGUSTUS. CAESAR.

P. 84, 15. *In coelum improvise surriperetur*] Consecrationem et ἀνοθέωσιν, suo more, hoc est, Gentilium, significare Tribonianus volebat, huiusmodi raptus in coelum etiam in imperatorum nomismatis et in fornice Arcus Titi Romae videmus, et in suo ludo Seneca deridet. Sic quidem nugator et ἄθεος Tribonianus. Verum ex Christianis non defuit Ioannes Calcedonii filius Constantinopolitanus patriarcha, qui (ut Nicephorus ait) abhinc annis quadringentis solemni ritu inter misarum religiones Iustiniani quasi coelo recepti memoriam celebravit. In quo facto Graeculi schismatici levitatem vides; nam in ecclesiasticis Romanis tabulis, et in ipsis Graecorum menologiis nullum Iustiniani nominis vestigium apparet. Si unquam a quopiam Graecorum inscriptam, et deinde abrasam, et obliteraram est; hoc ipsum temerarium illius patriarchae factum explodit. Patres concilii Trullani in praefatione suorum canonum τῆς θελας λήξεως Iustinianum dixere; et patres concilii sexti CP etiam Theodoram. Sed ea dicendi forma omnium Christianorum Caesarum memorias prosequi scriptores solent. Etiam Anastasium imperatorem Haereticum ita nominatum supra ad p. 25 lin. 1. notavi. Patres concilii sexti Constantinopolitani, ut in quibusdam manuscriptis codicibus est, Iustinianum ἐν ἀγίοις vocant. Sed quid est? etiam Andreas Ephesinus Antistes actione decima synodi Chalcedonensis Theodosium iuniorem ἐν ἀγίοις semel atque iterum nominat, et autor vitae sancti Nili Theodosium seniore ἔν ἁγγέλοις, et concilium Romanum, Gotthorum regem Theodoricum sanctum principem dixit; quorum nullus in album sanctorum relatus est, et Theodoricus Arianus fuit. Quid plura? Imperatores passim SACRATISSIMI, et DIVINISSIMI appellantur; ipsi de se, NOSTRUM NUMEN; eorum diplomata SACRAE, DIVINAE LITTERAE; Aula SACRUM PALATIUM, DOMUS DIVINA; ipsa imperatorum VESTIGIA SACRA nuncupantur. Orbiculari illo diademate, quod diis olim gentilitas, nos sanctis viris tribuimus, redimita imperatorum capita in eorum numinis nonne videmus? Ea porro non meriti, sed imperialis et regiae dignitatis praerogativa est. Nam sanctissimus martyr Dionysius Alexandrinus, ut autor est Eusebius, etiam Valerianum et Gallienum gentiles principes, sanctissimos nuncupavit. Idque omnino est observandum apud ecclesiasticos scriptores eas dicendi formas, ὁ ἐν ἀγίοις, ὁ ἐν ὁσίοις, ὁ ἐν ἁγγέλοις, honoris tantum gratia nonnunquam usurpari. Quare nimis cautus est interpres octavae synodi CP. qui PIVM, SACRUM imperatorem quam sanctum dicere mavult. Anastasius antiquus interpres bene retinuit

SANCTUM, et Adrianus pontifex Ambrosii testimonio ad Gratianum eam vocem tributam imperatoribus fuisse demonstrat in resp. ad Carolum magnum pro concilio Niceno secundo.

P. 85, 12. *A quibus nullus eum cohibere unquam potuit*] Scilicet Romani pontifices, qui tum saepe Byzantium appulerunt, Ioannes, Agapetus, Sylverius, Vigilus, Pelagius Romanae ecclesiae archidiaconus, aliique orientis episcopi divino zelo succensi: de his non dubito; nam Agapeti diaconi Constantinopolitani etiamnum libellus extat, censor Iustiniani morum ac vitae.

P. 86, 1. *Hoc Romanorum principe nulla firma de deo fuit sententia, vel fides*] Id ecclesiasticae illius temporis historiae loquuntur. Nam tum vel priores haereses invaluerunt, ut *Manichaeorum, Sabbatianorum, Monophysitarum*, et aliorum. Vel aliae tum primum extiterunt, *Monothelitarum, Severianorum, Theodosianorum, Gaianitarum, Agnoëtarum, Theopaschitarum, Aphthartodocitarum*. Victor Tunn. *Theodosius Sugas (lege Sycas) relegatus totum pene palatium, et maximam regiae urbis partem sua perfidia maculavit. Quae occasio cunctis pene haeresibus licentiam tribuit, ita ut non solum Theodosianitae, sed et Gaianitae Monasteria atque oratoria apud urbem regiam construxissent*. Sed praestat de uno Iustiniano hic dicere. Sensit ille cum Eutychianis, antequam Byzantium veniret Agapetus pontifex; a quo post diurnas altercationes, recta est imbutus sententia. Anastasius in Agapeto, Paulus Diaconus in Iustiniano. Theodoram coniugem multarum licet haeresium labe contaminatam, ut ad p. 121 dicemus, et a summis pontificibus semel atque iterum religionis ream ob id pronunciatam, nunquam Iustinianus coercuit. Evagrius l. 4. Ipse denique in Aphthartodocitarum impietatem lapsus, Eutychio praesule Constantinopolitano a quo redarguebatur in exilium pulso, conscriptoque edicto pro eadem haeresi statuenda, moritur. Evagr. l. 4. Victor Tunn. Eustathius Presbyter in vita sancti Eutychii, qui Iustiniani aequales fuerunt; praeterea Theophanes, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus, et alii.

P. 86, 2. *Nullum stabile ius*] Quamobrem tot videmus ANTIMOMIAS in Iustiniani constitutionibus.

P. 87, 3. *Cibus, potusque illi nunquam ad satietatem*] Idem habet l. 1 de aedif. οὐ μὲν τοι οὐδὲ τοῦτοῖς κατακορῆς γέγονε πώποτε, ἀλλὰ καὶ ἤνικα δαΐτα αἰροῖτο, ἀπογευσάμενος τούτων δὴ τῶν αὐτῶ ἐδωδύμων, εἶτα μεθίει, οὐκ ἔδηδοκῶς τὰ αὐτάρκη. *Neque is unquam ad satietatem se explevit; sed cum cibum sumeret, delibata tantum fercula statim mittebat, nondum cibariis pro necessitate comestis.*

P. 87, 3. *Saepe unum atque alterum diem, noctemque*

cibo abstinuit] Narrat idem fusius ibidem, eamque fuisse morbi causam asserit, de quo nos egimus ad p. 43.

P. 87, 5. *Horam somno indulgens*] Ibidem hoc etiam tangit Procopius, *πόρρω γὰρ τῶν νυκτῶν εἰς κοίτην λὼν ἐξανέστατο αὐτίκα μάλα, ὥσπερ χαλεπῶς ἔχων τοῖς στρώμασι. Post multam noctem cubitum ivit, pauloque post surrexit, quasi cubili indignatus.* Haec de vigiliis, atque ieiuniis ibi Proco-

A 75 *pious fuisse atque luculenter, quod Iustiniano gratum id futurum*
 V 367 *non dubitaret, cum id ipse saepius, et ambitiose repetat; novell. 8. Omnes nobis dies, ac noctes contingit cum omni vigilantia et cogitatione degere, etc. Et non in vano vigilias ducimus, sed in huiusmodi eas expendimus consilia, pernoctantes, et noctibus sub aequalitate dierum utentes. Et novella 80. Neque quicquam detrectamus eorum, quas vel ad extremam pertingunt difficultatem: vigiliis simul et inediis,*
 P 144 *caeterisque laboribus iugiter pro subditis nostris ultra quam naturae modus patitur, utentes.* Nescio quis illius aetatis poeta ἀκολυμητον βασιλέα, imperatorem insomnem Iustinianum dixit, ut est in epigrammate, quod supra ad p. 47 dedimus.

P. 87, 13. *Nulla rebus agendis erat opportunitas, nullum vestigium antiquitatis*] Ex his illud etiam est, quod statim subdit, *exinde iam turba frequens complevit tribunal postulatura quaestionem, sed apud quos iudices institueret, non habuit.* Haec in theatro magnis clamoribus Iustiniano plebs improperabat. Est apud Theophanem, quem supra laudavimus ad p. 56. *λόγον ἔχοντες, αὐτοκράτορ, ονομάζομεν ἄρτι πάντα. ποῦ ἔστιν; ἡμεῖς οὐκ οἶδαμεν, οὐδὲ τὸ παλάτιον, τρισαύγουστε, οὐδὲ πολιτείας κατάστασις. Quaestionem, imperator, habemus; ideoque omnia hic loquimur: quandoquidem, Auguste maxime, neque curiae, neque reipublicae dignitatem ullam superesse videmus.*

P. 87, 15. *Nihil quod imperatoriam deceret maiestatem vel habuit, vel curavit*] De hoc argumento complura hic enumerat Procopius; sed longe plura in reliqua historia, quam eidem Iustiniano legendam tradidit; ex multis unum recitasse sit satis ex l. 2 bell. Pers. *τοῦτον μέντοι τὸν Ἰσδιγούναν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς μάλιστα πρέσβειων ἀπάντων, ὧν ἴσμεν, ξὺν τε πολλῇ φιλοφροσύνῃ εἶδε, καὶ διὰ τιμῆς ἱκανῶς ἤγαγεν, ὥστε καὶ ἠνίκα δὴ αὐτὸν ἐστρώθη Βραδουκλιανα, ὅσπερ αὐτῷ ἔρμηνεύς εἶπετο, ξὺν αὐτῷ ἐπὶ τῆς στιβάδος κατέκλινε, πρᾶγμα οὐποτε γερονὸς πρότερον ἐκ τοῦ παντός χρόνον. ἔρμηνεα γὰρ οὐδὲ τῶν τινι καταδεστέρων ἀρχόντων, μήτε γε δὴ βασιλεῖ ὁμοφράπεζον γεγονότα οὐδεὶς ποτε εἶδεν. ἀλλὰ καὶ μεγαλοπρεπέστερα, ἢ κατὰ πρεσβευτὴν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐδέξατο τε, καὶ ἀπεκίμψατο, καίπερ ἐπ' οὐδενὶ ἔργῳ τὴν πρεσβίαν (ὥσπερ μοι εἰρηται) πεποιημένον. Choeroae legatum Isdigunen ea humanitate*

et honore Iustinianus, quo nullum antehac legatum excepit; cum enim ille secum epulabatur, Braducionem eius assectatorem, ac interpretem, in mensa apud se decumbere voluit; quod nunquam ex omni anteacti temporis memoria usurpatum fuit. Nam interpretem, cum vel infimi ordinis magistratu, nedum cum imperatore, ad mensam considerare, nemo est qui viderit. Quin et Isdigunen ipsum longe honorificentius, quam pro legati conditione, excepit, ac remisit; licet nullam, ut dixi, rem eius legatio contineret. Haec minus accurate, ut saepe alia, interpretatus est Raphaël Volaterranus. Caeterum Chosroës Braducionem interpretem, post reditum, egit in crucem, iure suspectam habens immodicam, et effusam in eum Iustiniani benevolentiam. Procop. l. 8 hist.

P. 87, 16. *Ad barbarorum morem se citius comparavit* A 76 *sermone, habitu, ingenio*] Fortasse sermonem, habitumque patrium indicat, hoc est, Illyricum; nam passim Procopius eam gentem barbaram vocat, et hic p. 94 Romanus sermo in rescriptis, et mandatis principis aliquandiu perduravit, in privatis vero colloctionibus apud orientis imperatores longe ante Iustinianum desueta res erat. In publicis conventibus Latine et Graece iidem orabant; ut Marcianus in concilio Chalcedonensi: Constantinus magnus in Nicena synodo post Romanam orationem, licet Graecam et linguam calleret, Graeco tamen est usus interprete, ut autor est Eusebius l. 3 de vit. Constant. c. 13. Qua itidem ratione rescripta, legesque nonnunquam utraque lingua proponebantur. Rei causam reddit Iustinianus novella 66. Graece quidem *διὰ τὸ τῷ πλήθει κατάλληλον*, Latine vero *διὰ τὸ σχῆμα τῆς πολιτείας*. In publicis inscriptionibus, praesertim ecclesiasticis, passim Iustinianus Graecam linguam admiserat. In nummis integrum servavit locum Romanis vocibus; ex quibus primi Mauritius, et Heraclius eas coeperunt expungere. Quod ait de corporis habitu, curiosam in primis rem brevitate occultavit potius, quam explicavit Procopius; nam ex antiquis Iustiniani nummis nonnisi imperialem eius aetatis cultum observare est. En tibi Iustinum ipso pene P 145 Iustiniani ornatu ac supellectile vestitum apud Corippum l. 2.

Egreditur, tunicaque pius inducitur artus,

Aurea se veste tegens. —————

Purpureo surae resonant fulgente cothurno,

Cruraque puniceis induxit regia vinclis,

Parthica campano dederant quae tergora fuco.

Augustis solis hoc cultu competit uti,

Sub quorum pedibus regum est cruor. ———

Nobilibus gemmis, et cocto lucidus auro

Balteus effulgens lumbos praecinxit heriles,

Substrictoque sinu vestis divina pendit

*Poplite fusa tenus, pretioso candida limbo.
Caesareos humeros ardenti murice textit
Circumfusa chlamys, rutilo quae ornata metallo
Principis exerta vincebat lumina dextra,
Aurea iuncturas morsu praestrinxit adunco
Fibula, et a summis gemmae nituere catenis,
Gemmae quas Getici felix victoria belli
Praebuit, atque favens dominis Ravenna revexit,
Quasque a Vandalica Belisarius attulit aula,
Signa triumphorum pie Iustiniane tuorum.*

A 77 Verum in Iustiniani veste nescio quid peculiare fuisse indicare Procopius videtur, quod vel a barbaris mutuatus sit, vel excogitarit ipse Iustinianus. Certe *Ἰουστινιάνειον*, *Iustinianeum*, diadematis quoddam genus dictum fuisse Georgius Codinus est autor. Quod eius interpret *doctorale* fuisse *capitium* divinat, ut saepe in eo libello divinare solet. Cedo in veste imperatoria huiuscemodi capitii formam et usum. Iacobus Gretserus vir doctus invenisse se putat, profertque aeneum nomisma Iustiniani huic aureo nummo persimile, quem princeps utriusque linguae cardinalis Barberinus ex museo suo aureis, argenteisque nomismatis refertissimo mihi dedit; cristatamque illam, quam vides galeam [vid. fig. 6], *IUSTINIANEAM* dictam Gretserus existimat. Verum ante Iustinianum Theodosius, Marcianus, Leo, Zeno, Anastasius, et Iustinus eandem *περωτῆν*, *cristam*, in galea gestarunt, ut in eorum nomismatis apparet; atque illa est quam *τροπαιουχίαν* vocatam idem Codinus affirmat. Deinde illud Iustinianeum diadema non bellicum aut castrense fuit, sed civium, et quo in sacris, et in ecclesiis utebatur. Quare eius formam hanc fuisse non dubito, quam nemo ante Iustinianum usurpasse videtur, et in sacris et dum in ecclesiis munera Antistiti offerebat, eum gestasse haec ex musivo tabula Ravennae testatur. [Vid. fig. 7.

P 146 8.] Num *habitus corporis* indicat capillitium a fronte detonsum? Venetorum, quibus favebat Iustinianus, is erat habitus,
V 368 ut supra docuit Procopius. Quare Cedrenus, *τὴν κεφαλὴν πρὸς
A 78 κόμης κάλλος μικρὸν ἐψαλλισμένην, capite ad comae pulchritudinem nonnihil detonso*; nam lego *ἐψαλλισμένην*, non ut habent impressi libri, *ἐψιλωμένην*: nemo enim est, qui Iustiniani calvitium in antiquis nummis viderit, ut ad p. 37 dixi.

P. 88, 1. *Quae sibi rescripto respondenda forent, haec non uti mos est, quaestori committebat*] Hinc liquet munus fuisse quaestoris edendarum legum formas componere, et pleraque in senatu ore tenus pronunciare. Cassiod. Var. l. 6 epist. *Quaesturam toto corde recipimus, quam nostrae linguae vocem esse censemus*. Spartian. in Adriano; *quaesturam gessit, in qua orationem imperatoris in senatu agrestius pronun-*

cians risus est. Hinc etiam liquet, complures novellarum Iustiniani, quas habemus, ab eo conscriptas esse. Certe illam, quam, instante Saba Palaestinarum legato, contra Samaritas tulit, cuius in 129 mentio est, cum Triboniano in aula nuncupata magnaurea Iustinianus sub horam diei tertiam condebat, ut Cyrillus Scythopolitanus prodit. De numero et editione Iustiniani novellarum hoc iurisconsulti scholium in calce τῆς ἐξήκοντα βίβλου τῶν βασιλικῶν legi. Χρῆ δὲ εἰδέναι ὅτι ἑκατὸν ἐξήκοντα ὀκτῶ νεαραὶ συνετέθησαν παρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ. ἔξ αὐτῶν ἑκατὸν τεσσαράκοντα μίᾳ ἐτέθησαν εἰς τοὺς προσφόρους τίτλους τῶν ἐξήκοντα βασιλικῶν βιβλίων. αἱ δὲ λοιπαὶ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι παρεσιωπήθησαν, ἦγουν α. β. γ. δ. ε. ζ. θ. ια. μ. μς. ν. νδ. νε. νς. νη. ξη. οδ. οε. ος. οθ. πγ. πδ. ση. ρς. ρξ. ρκθ. ρλξ. ρμ. μα. Hunc numerum si cum editis novellis conferas, multo plures Iustinianum scripsisse invenies. Argumento sint eae, quas eruditi iurisconsulti nuper offenderunt, quasque nos partim κατ' ἐπιτομὴν, partim integras legimus in oodice Vaticano manuscripto, ex quo rescriptum illud ad omnes episcopos de scenicarum nuptiis decerpsimus, quod supra cum Iustini constitutione collatum primi vulgavimus. Quod vero non omnino compta Iustiniani esset oratio, sed barbare sonaret, id aliquando deprehendere est in novellis, quamquam eruditae alioqui sint, nihilque magis te in illis offendat, quam verbosa sententia, et sane Asiaticum dicendi genus.

P. 88, 3. *Turba frequens complevit tribunal*] Nam Iustinianus sibi plerumque sumebat munus non solum quaestoris, ut dixit, sed etiam iudicum, atque pro tribunali sedebat, audiebatque litigantes, et sententias ferebat. Hoc ipse diserte narrat novella 88. *Litem nuper audientibus nobis (id quod publice in regia raro non facimus) orta est controversia*, etc. P 147 Vide etiam novella 91 initio, et 73.

P. 89, 2. *Ea, de quibus consulendum esset, imperator ac Theodora sibi sumerent*] Argumento sit octava constitutio, quae licet de re gravissima sit, non sententiam senatus, sed unius Theodorae rogasse se Iustinianus affirmat. *Haec omnia apud nos cogitantes, et hic quoque participem consilii sumentes eam, quae a deo data est nobis piissimam coniugem.* Lege A 79 quae supra notavimus ad p. 47.

P. 89, 11. *Referendariis vis erat locus opportunus supplicum libellos Caesari ministrandi*] Quale fuit referendariorum munus explicat. En tibi unum ex Iustiniani referendariis ob oculos ponimus suum munus exequentem in synodo quinta Constant. act. 1. *Theodorus circumspectus tribunus, notarius, et referendarius piissimi D. N. dixit. Praesentes venerabilissimi monachi supplicationes porrexerunt divinissimo, ac serenissimo, et victoriosissimo imperatori nostro, et ipsas sanciri*

imperium suum digne iudicavit, et me accipere ac portare ad vestram sanctitatem, docereque venerabiles monachos, ut cum vos edocti eritis, quae ab ipsis facta sunt, canonicè formetis ea, quae vestrae beatitudini videntur bene habere. Has itaque cum ad manus habeam, vestrae beatitudini porrigo ad legendum. De referendariorum numero ac dignitate vide novellam 10.

P. 90, 2. *In regia curia conventis iudicibus]* Nam in porticibus imperatoriae domus erat praefectorum praetorium, quaestorum tribunal, iudicum subsellia, referendariorum sedes, tabellionum archiva. Vide Procopium l. 1 aedif. extremo, et Agathiam l. 3 initio. Quare palatii seu curiae nomine iudicia, tribunalia, causaeque forenses notantur. Sic in theatro plebs inclamabat Iustiniano, τὸ παλάτιον ποῦ ἔστιν οὐκ οἶδαμεν. *Palatium, seu curia, ubi sit nescimus.* Hoc est, nulla superest iudiciorum forma.

P. 90, 4. *Erat respublica quasi lascivientium puerorum regina]* Haec sententia, et consimiles huic aliae fortasse dictae ἐπερβολικῶς videantur, et oratorie potius, quam ad historiae, ac veritatis modum expressae. Sed aequi rerum aestimatores, uti graviora, quae in hoc libello legunt, aliorum historicorum testimoniis comprobata vident; ita et leviora illa viderent, quae ob sepultam tenebris antiquitatis historiam, invenire testimonium idem non potuerunt. At vero ut has ipsas sententias, quae veritatem excedere videntur, ab ea minime abhorreere lector intelligat; illud, velim, legat historiae fragmentum, quod ex Theophane ad p. 56 produximus; in eo sane velut in tabula adumbratam contempletur rempublicam Romanam, quasi lascivientium puerorum reginam fuisse Iustiniani temporibus.

P. 90, 6. *Leo quidam genere Cilix]* Hic erat imperatoris referendarius, ut habes infra p. 129.

P. 95, 16. *In maritima suburbana, praesertim in Heraeum secedebat]* Praecipua deliciarum loca sub urbe Byzantio haec imperatoribus fuerunt; Ἑβδομον, *Septimum*: non septima Byzantii regio, ut opinatur Heribertus Rosveydus in not. ad vit. Pat. sed suburbanum septimo ab urbe lapide distans. Ita Socrates, et Sozomenus, Idatius in fastis, *Valens Augustus Constantinopoli in miliario septimo levatus est*; et infra. *His consulibus levatus est Arcadius Augustus Constantinopoli in miliario septimo.* Pleraque alia loca sunt, quae ex mensura certae ab urbibus distantiae nomen acceperunt. Id explicat A 80 Procopius in consimili nomine l. 4 aedif. προύριον δὲ ἄλλο διαφερόντως ἐχυρὸν ἀνέστησε Σιγγιδόνος ὀκτώ σημελοῖς διέχον, ὅπερ Ὀκτάβον λόγῳ τῷ εἰκότι καλοῦσι. *Praesidium aliud apprime munitissimum excitavit, quod ab urbe Singidone octo ferme miliaribus distat; quare Octavum apposite vocatur.*

Ad rem modo. Βροιά, de quo Constantinus Porphyr. de adm. imper. c. 51. Πηγαί, fontes, quem locum primus exornavit Iustinianus; describit Procopius l. 1 aedif. Ἡρά, sepulcra, de quibus statim. Ob aëris salubritatem, Heraclius, ut ait Suidas, *πειθόμενος ἀποθανεῖν ἐν τοῖς εἰς τὰ Ἡρά παλατίοις διέτριβε: instare sibi mortem audiens in Eriani palatiis se continuit.* Saepe Chalcedonem Iustinianus et Theodora animi causa secesserunt, ut ex rescriptis, primis imperii annis indidem datis, colligere est. Longius vero ab urbe regia semel Theodora digressa est ad Thermas Pythias. Theophanes, *τούτῳ τῷ ἔτει Θεοδώρα ἡ εὐσεβεστάτη Ἀνγούστα ἐξῆλθεν εἰς τὰ θερμὰ τῶν Πυθίων θερμηῆσαι, καὶ συνεξῆλθεν αὐτῇ ὃ τσ πατρικίος Μηνᾶς ὁ ἑπαρχος, καὶ ὁ πατρικίος Ἡλίας ὁ κόμης τῶν λαργιτιῶνων, καὶ ἄλλοι πατρικιοι, καὶ Κουβικουλάριοι, καὶ σατράπαι χιλιάδες τέσσαρες, καὶ πολλὰ ἐχαρίσατο ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ πτωχείοις, καὶ μοναστηρίοις.* Hoc anno, nempe Iustiniani sexto, *Theodora piissima Augusta egressa est ad Thermas Pythiorum calefaciendi se causa; quam comitati sunt Menas patricius et praefectus praetorio, Elias patricius et comes largitionum, aliique patricii, Cubicularii, et satrapae; in comitatu vero fuerunt fere quatuor millia hominum, multaque dona largita est ecclesiis, ptochiis, et monasteriis, scilicet recuperandae sanitatis ergo.*

P. 95, 16. *Praesertim in Heraeum secedebat*] Procopius uti maluit prisco eius loci nomine Ἡραϊόν, *Heraeum*, in quo Ἡρας, id est, *Iunonis* phanum olim fuerat. Nam alii, ut Suidas, et Cedrenus Ἡρά, hoc est, *sepulcra*, quod, ut in πατρίοις CP. legimus, τὸ πάλαι ἐκεῖ ἐθάπτοντο οἱ πολῖται. *Olim ibi civium monumenta forent.* Alii Ἰερεῖον, et Ἰέρεια. Quare Maximus Planudes, vel quisquis εἰς τὴν εἴσοδον τῆς Ἰερείας, *in ingressum Hieriae* titulum fecit epigrammati, quod Iustinianus inscripserat regiis aedibus in Heraeo a se constructis.

Εἰς τὴν εἴσοδον τῆς Ἰερείας.

Τούτῳ Ἰουστινιανὸς ἀγαλλία δειματο χῶρον

Ἰθάτι καὶ γαίῃ κάλλος ἐπικρεμάσας.

Ioannes Brodaeus l. 4 Anthologiae ad hoc epigramma *Ἰερειῶν* dictam falso credidit aedem D. M. virg. a Iustiniano constitutam. Sanctus Nicephorus Constantinopolitanus in hist. *ἠύλλετο ἐν τῷ παλατίῳ τῷ καλουμένῳ τῆς Ἰερείας, in palatio quod Hieriae dicitur mansit.* Sozomenus l. 7 c. 5 Demophilum Episcopum Arianum a Theodosio urbe expulsam ad Ἰέρειαν cum suis secessisse narrat. Hunc locum, in quo sine interpellatoribus Iustinianus ac Theodora se oblectarent, tot instruxerunt deliciis, ut poëtis etiam illius celebrandi causam dederint. Extant etiamnum Pauli Silentarii, et Agathiae Scholastici nobilium eius aetatis poëtarum epigrammata 4. Anthol.

A 81 lib. quamquam Philologos, de quo potissimum suburbano in iis mentio sit, adhuc ignorare sciam: sed videant unam illorum esse sententiam, et inscripti foribus distichi, de quo modo dicebam. His multam lucem affert locus Procopii libri primi aedif. extremi.

PAULI SILENTIARI.

Πόντος ὑποκλύζει χθονὸς ἔδραν, ἄπλωτα δὲ χέρσον
 Νῶτα θαλασσαίοις ἄλσεσι τηλεθάει.
 Ὡς σοφὸς ὅστις ἔμιξε βυθὸν χθονὶ, φονία κήποις,
 Νηϊάδων προχοαῖς χεύματα Νηρηίδων.

E I U S D E M.

Ἐνθάδ' ἰριδμάλουσι τίνος πλέον ἔκλετο χῶρος
 Νύμφαι νηϊάδες, Νηρηίδες, Ἀδρυάδες.
 Ταῖς δὲ θεμιστεύει μεσάτη χάρις. οὐδὰ δικάζειν
 Οἶδεν, ἐπεὶ ξυνήν τέρψιν ὁ χῶρος ἔχει.

AGATHIAE SCHOLASTICI.

Εἶξον ἔμοι Δάφνης ἱερὸν κλέτας ἔκτοθι πόντου
 Κεῖμενον, ἀγραύλου κάλλος ἰσημοσύνας.
 Ἐνθάδε γὰρ νύμφαι δενδριτίδες, αἳ τ' ἐνὶ πόντῳ
 Νηρηίδες ξυνήν θέντο συνηλυσίην.
 Ἄμφ' ἔμὲ γὰρ μάραντο, δίκασσε δὲ Κυανοχαίτης,
 Καί με παρ' ἀμφοτέρων μέσσον ἔθικεν ὄρον.

P 149

P. 96, 2. *Irrumpentis Ceti periculis] Porphyrionem, Cete illud appellarunt Constantinopolitani; quod ex intervallo, annos ferme quinquaginta, ad utrumque Bospori sinum, magnas nautis, atque civibus clades intulit. Vide quae fuse de illo narrat Procopius L. 3 bell. Gotth.*

P. 96, 14. *Verae tunc locus narrationi non fuit] Nimirum adhuc Theodora supererat, cum historiam de bello Gotthico Procopius lucubrabat, ut in praefatione lectorem monuimus.*

P. 97, 2. *Theodatum rationibus mihi quidem obscuris in Amalasanthae caedem impellit] De hac caede audire pene mihi videor submussitantem cum Theodora Theodatum, in ep. 20 l. 10 Var. Cassiod. De illa persona, de qua ad nos aliquid verbo titillante pervenit; hoc ordinatum esse cognoscite, quod vestris credidimus animis convenire. Desiderium enim nostrum tale est, ut interveniente gratia non minus in regno nostro, quam in vestro iubeatis imperio. De quo tamen nihil statuo.*

P. 97, 3. *Exinde Petrus ad magistri dignitatem evehitur] Ad quem extant duae Iustiniani novellae 123. 137 hoc*

titulo. *Petro gloriosissimo magistro divinatorum officiorum.* A 82
 Venit cum aliis imperii primatibus Vigilium papam ad synodum Constantinopolitanam evocaturus, ut est ibidem collat. 2. Alius est Petrus praefectus praetorio, de quo infra. Hic erat Illyriensis patria Thessalonica, ex advocatis ordinariis urbis Constantinopoleos, homo singulari prudentia et mansuetudine, et ad persuadendum comparatus, ut Procopius ait l. 1 bell. Goth. et Cassiod. l. 10. Var. epist. 19. *Vir eloquentissimus Petrus legatus serenitatis vestrae, et doctrina summus, et conscientiae claritate praecipuus.* Vide epist. 22 eiusdem libri 23 sed profunda avaritia. Post reditum ex Italica legatione ad Theodatum, magister officiorum creatur: tandem in Persidem legatus ad Chosroem mittitur. Scripsit historiam et de republica, vide plura apud Suidam verbo Πέτρος, et verbo ἐμβριθής. Eius historiam non vidi, sed quaedam fragmenta legi in bibliotheca Vaticana in eclogis de legationibus. Iterum eius mentio est infra p. 107. Huius filius Theodorus anno Iustiniani trigesimo quarto perduellionis insimulatus est. Quod illi manus altera esset brevior, Κοιτοχέρην appellarunt.

P. 97, 5. *Erat Iustiniano ab epistolis Priscus*] Idem de Prisco ita refert Theophanes, sed ex alio autore, quemadmodum tute lector intelliges; quare non frustra dolemus tot veterum autorum iacturam, qui eadem, quae Procopius de Iustiniano ac Theodora narrarunt. *Τούτω τῷ ἔτει Πρίσκος ὑπατοῦ ἀπὸ νοταρίων τοῦ βασιλέως ἀγανακτιθεὶς ὑπὸ Θεοδώρας τῆς βασιλίσσης ἐδημεύθη, καὶ διάκονος Κυζικίου χειροτονήθη κελύσαντος τοῦ βασιλέως.* Hoc anno, nempe Iustiniani septimo, *Priscus consul, et olim notarius imperatoris, qui in se Theodorae indignationem converterat, publicatis fortunis, Diaconus Cyzicenus initiatus est, iubente Caesare.*

P. 97, 11. *Detondet, invitamque adigit ad sacerdotium*] Mos fuit orientalium imperatorum minime commendandus, ut quibus viam ad dignitates praecludere vellent, eos vel invitos sacris initiandos curarent. Ioannes Cappadox hac eadem arte a Theodora circumventus, a sacris faciendis abstinuit, ne ad imperium quod sibi vane pollicebatur, impedimento id foret. Primus, quorum mihi modo venit in mentem, hoc egit Theodosius iunior, qui Cyrum praetorio praefectum, ob eam populi P 150 vocem, *Κῦρος καὶ εἰς ἄλλο νικήσει.* *Alia te manet Cyre victoria;* quam in tyrannidem Theodosius interpretatus est, Smyrnae fecit episcopum: posteriorum deinde Graecorum Caesarum V 370 nullus fere est, qui in rebelles amicos, vel consanguineos absurdam hanc rem non commiserit.

P. 100, 4. *Nervo bovino a fronte ad aures circumacto*] Hoc genus crudelitatis et in Bassum patricium exercuisse Theodoram, in πατέροις CP. olim legimus. *Τὰ δὲ Βάσσου ἀνήγησε*
Procopius III.

Βάσσος πατρίκιος ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ. εἰς ἔχθραν δι-
 ἰλθούσης μετὰ τοῦ Βάσσου Θεοδώρας τῆς γυναικὸς τοῦ βασι-
 λῆως, ἔσφιγξε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ μετὰ κόρδας καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ
 A 88 αὐτοῦ ἔξω ἐπήδησαν. *Ecclesiam, quas ad Bassum appellatur, aedificavit sub Iustiniano Bassus patricius: in quem Theodora imperatoris uxor indignata, eidem caput chorda iussit astringi, quamobrem oculi eius exilierunt.* Is fortasse Bassus est, qui praetorianam gessit praefecturam, ut infra p. 92 narrat Procopius. Eodem supplicio et Carpianum patricium affecit, ut autor explicat in πατρίοις CP. uberioribus. Cod. Vat. 162. Simile genus carnificinae Anthemio interminata est Theodora; *Per viventem in saecula excoriari te faciam, nisi vinctum Vigilium pontificem Constantinopolim perduxeris.* Anastasius in Vigilio.

P. 100, 9. *Duo factiosi Cilicis*] Evagr. l. 4. 31 idem narrat, edicitque nomina duorum Venetorum, quos hic Procopius omisit; ut hinc Hubertus Giphanius intelligat, non ex hac historia Evagrium accepisse, quae de Iustiniani flagitiis memoriae prodidit. *Καλλίνικος δὲ τῶν Κιλικῶν ἡγούμενος δύο ἀνδροφόνους Κίλικε Παῦλον καὶ Φαυστίνον ἐπιθόντες οἱ καὶ διαχρήσασθαι βουλομένοι, ἐπεὶ ταῖς ἐκ νόμων ποιναῖς ἐπέθηνεν ἀνεσκολοκίσθη, ποινὴν ἐπὲρ ὀρθῆς συνείσεως καὶ τῶν νόμων ταύτην λαβών.* *Callinicus porro praefectus Cilicis, cum duo Cilices Paulus et Faustinus, homicida uterque, in eum impetum facerent, occidereque in animo haberent, quoniam poena ex legibus constituta eos mulctavit, in crucem actus est; hoc quoque supplicio pro recta conscientia, et legum observatione affectus.*

P. 101, 4. *Retrusitque in monasterium*] Nomen fecit monasterio, *μετάνοια, poenitentia*; in quo feminae degerent, quas anteactae vitae poenituisset. Fusc hoc prosequitur l. 1 aedif. laudatque Iustiniani ac Theodoraē pietatem: hic tamen vituperat violentiam illatam mulierculis minus ad meliorem frugem paratis.

P. 102, 3. *Ut paulo post edisseram*] Ubinam? Infra enim licet nonnullos magistratus subiectis exosos enumeret; de illarum tamen feminarum maritis nihil aperte. Ex quo et furtim conscriptam, et non omnino absolutam hanc historiam intelligas.

P. 103, 4. *Hac tempestate omnium fere mulierum mores corrupti*] Ita ut soror Sophiae Augustae Iustini uxoris, et Theodoraē neptis adulterii manifesta publice facta sit. Nam ut in πατρίοις CP. observavimus, erat Byzantii inde a Constantini temporibus Veneris statua; ad quam *καρθένοι ἐν ὕποψία οὐσαι ὄτε ἐπλησίαζον, εἰ μὲν ἀμυμποί, διήρχοντο ἀβλαβεῖς, τῶν δὲ διεφθαρμένων ἀθρόα ἰσηκούοντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ*

ἰδέκνονον τὸ αἰδοῖον. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἔχουσαι ἄνδρας ἐὰν λαθραίως ἐμοιχεύοντο τοῦτο ἐγένετο. ἐκείναι γὰρ εὐθύς ἀμολόγουν, ἢ δὲ γυναικαδαλφῇ Ἰουστινίου τοῦ ἀπὸ Κουροπαλατῶν συνέτριψε τὴν στήλην διὰ τὸ καὶ αὐτῆς φανῆναι τὸ αἰδοῖον μοιχευθείσης ἐκεῖθεν διερχομένης ἐφ' ἕκπῳ ἐν τῷ λούσματι τῶν Βλαχερνῶν: *Virgines vitii suspectas cum accederent, siquidem illibatae essent, secure discedebant, at vero corruptarum statim vestis reducebatur patefectis pudendis. Nuptis etiam feminis, quae clandestinis adulteriis se foedassent, idem plane* A 84 *accidit, ipsaeque statim rem fassae sunt. Caeterum soror uxoris Iustini, qui post curam palatii imperium cepit, eam Veneris etatuum commixui iussit: quod et eius, post adulterium, pudenda detecta sint, cum inde praeteriret, et equo vecta, ad balneas Blachernianas proficisceretur. Sic etiam adulteras vitiatasque virgines deprehensas Iustiniani tempore canis indi-* P 151 *cio, quem ex Italia Andreas quidam per provincias circumduceret, narrant Theophanes, Anastasius, Cedrenus, historia miscella, et Paulus Diaconus.*

P. 103, 7. *Adita statim imperatrice]* Cuius favorem certo sibi pollicerentur: nam ut est l. 3 bell. Gotth. ἢ βασιλῆς ἐπεφύκει αἰὲ δυστυχοῦσαις γυναιξὶ βοηθεῖν. *Imperatrix quodam naturae instinctu comparata erat ad suscipiendum afflictarum mulierum patrocinium.*

P. 103, 15. *Ipsa magistratus et sacerdotes crearet]* De magistratibus a Theodora constitutis, infra Procopius. De sacerdotibus: plenae sunt historiae. Primarias ecclesias tantum nomino. Byzantii Anthimum Eutychianum, Alexandriae Theodosium Haeresiarcham fovit: Severum Antiochenae ecclesiae invasorem Acephalorum Antesignanum restituendum curavit: Romae, eiecto Sylverio, Vigilium, Belisarii, Antoninaeque studiis praefecit; quem ad evertendum Chalcedonense concilium, et Anthimum revocandum, fore paratum speravit.

P. 104, 1. *Connubiale ius totum penes se esse voluit]* Lege l. 3 de bell. Gotth. Artabanem virum consularem, comitem praesentem, ac foederatorum principem, ut repudiatam pridem uxorem acciperet, invitum nolentemque coëgit. Proiectam Iustiniani imperatoris neptem Artabani desponsam, Ioannί Pompei filio coniungit.

P. 104, 7. *Leontium referendarium, et Saturninum, etc.]* Omnes, quos hic nominat, viri sunt primarii. De Leontio l. 3 bell. Gotth. qui ad Theodebertum a Iustiniano legatus est. Destinatus cum aliis ad compilationem digestorum Const. de conf. 9. Fortasse hic est ille Scholasticus (ex his enim referendarii) cuius extant elegantissima epigrammata. Alius est, qui sub Iustiniano scripsit de sectis; et monachus, cuius Cyrillus meminit sub eodem imperatore. Hermogenes fuit quae-

stor Vitaliani tyranni sub Anastasio, deinde magister officiorum, ad quem extant Iustiniani rescripta. De Cyrillo magistro militum, vide libros de bell. Pers. et Vand.

P. 104, 16. *Puellam duxisse se haud imperviam] Cui (ut Plinius loquitur l. 7 c. 16) concretum genitale non erat. Vel, ut ait Cornelius Celsus l. 7 c. 28. Cui naturalia inter se minime conglutinatis oris concubitum non admitterent. Has puellas Aëtius et Graeci vocant ἀτρήτους, imperfossas. Scite Saturninus notavit vitiatam Chrysomallae filiam.*

P. 105, 1. *Sublatum (ceu pueros in ludo litterario) Saturninum caederent] Viros illustres hac affectos ignominia ante*
 A 85 *Theodorae tempora non legi. Theodoram imitatus est Stephanus aerarii praefectus, qui Iustiniani iunioris matrem ἐν σχήματι ὡσπερ τοὺς παῖδας οἱ γραμματισταὶ (ut S. Nicephorus loquitur) quemadmodum apud magistros pueri solent, vapulare iussit. Si hunc cum aliis huius historiae locis conferas, quid catomis, vel catomo caedi sit videbis, quod saepe in martyrum vitis legimus. Neque enim est demisso capite suspendi, vel sublatum in humeros caedi, ut viri docti explicarunt. Nam p. 13 et 54 Photius et Astrologi neutro modo affecti sunt, qui tamen κατ' ὄμους καὶ νῶτα vapulasse dicuntur, ut Saturninus hic. Ex nostra ad haec loca interpretatione, quid catomis caedi sit intelliges.*

P. 105, 3. *Quo supplicio Ioannem Cappadocem affectis, libris aliis diximus] Lib. 1 bell. Pers. extremo Cappadocis ruinam fuse prosequitur, Theodoraeque insidias, et crudelitatem, ac Iustiniani conniventiam. Ibidem de Antistite hoc Cyziceno, quem Eusebium nominat: is concilio Constantinopolitano interfuit.*

P. 107, 8. *Belisarium evocavit insimulatum tyrannidis] Falsa perduellionis suspicio ter in Belisarium sparsa est. Semel cum in Perside contineret exercitum, Iustiniano graviter aegrotante, ut est supra pag. 17. Marcellinus; *Belisarius de oriente evocatus in offensam periculumque incurrens grave, et invidias subiacens, rursus remittitur ad Italiam. Iterum in Africa post devictum Gelimerem; quod hic indicat, et uberius docet Procopius l. 2 bell. Vand. Tertio cum iam senex aegeret Constantinopoli. Σέργιον ἀνέπεισαν ὁμολογήσαι, ὡς καὶ Ἰσαάκιος ὁ ἀργυροπράτης, καὶ Παῦλος ὁ κουράτωρ Βελισαρίου ἐγένωσκον τὴν σκέψιν. συσχεθέντων ἀμφοτέρων καὶ ἐκδοθέντων Προκοπίῳ τῷ ἐπάρχῳ κατέθεντο καὶ κατεῖπον Βελισαρίου τοῦ πατρικίου. Ἀντίκα ὁ βασιλεὺς γέγονεν ὑπὸ ἀγανάκτησιν Βελισαρίου. Τῇ πέμπτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Σιλέντιον ἐνέγκας καὶ τὸν ὀσείατατον πατριάρχην Εὐτύχιον κελύσας ἀναγνωσθῆναι τὰς αὐτῶν καταθέσεις, καὶ ἀκούσας Βελισάριος ὁ πατρικίος μεγάλως ἐβαρύνθη. καὶ πέμπτας ὁ βασι-**

λεὺς Ἰουστινιανὸς ἔλαβε πάντας τοὺς ἀνθρώπους αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν δὲ εἶχεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ παραφυλαττόμενον. *Suaserunt Sergio, ut Isaacium Numularium, et Belisarium gloriosissimum patricium conscios coniurationis indicaret, necnon Vitum Numularium, et Paulum Belisarii procuratorem. Hi comprehensi, traditique Procopio urbis praefecto Belisarium patricium accusarunt. Quare Belisario Caesar iratus quinta die Decembris indixit senatum, vocatoque sanctissimo patriarcha Eutychio confessiones illorum legi iussit; quod Belisarius iniquissime tulit; nam iussu imperatoris omni satellitio spoliatus, domi sub custodia detentus est.* Insequente vero anno τῇ δεκάτῃ ἐννάτῃ τοῦ Ἰουλλίου μηνὸς ἐδέχθη Βελισάριος ἀπολαβὼν πάσας τὰς ἀξίας, *decima nona die mensis Iulii conciliatus est Belisarius, et in pristinum gradum restitutus.* Anno demum trigesimo octavo Iustiniani μηνὶ Μαρτίῳ τελευτᾷ Βελισάριος ὁ πατρικίος ἐν Βυζαντίῳ, καὶ ἡ τούτου περιουσία ἦλθεν εἰς τὸν δεσποινικὸν οἶκον τὸν Μαρτίνης: *decima tertia mensis Martii moritur Belisarius patricius Byzantii, cuius fortunae addictae fuerunt Augustae domus Marinianae.* Idem habet Vaticanum chronicon Anonymum, et Zonaras. Haec paulo fusius, ut falsae de Belisario historiae tandem facessant; neque in posterum fabellae de Belisarii obolo credamus, vel Aimoino, qui l. 2 de gest. Franc. Belisarium contrucidatum a Francis somniavit.

V 371

A 86

P. 107, 11. *Censitores provinciae mittere*] De his, deque secta Arianorum ritibus interdicta, singulisque aliis capitibus, quae hic enumerat, agit autor l. 2 bell. Vand. Porro quae de Arianis dicuntur, ut supra ad p. 51 explicavimus, accipienda sunt.

P. 107, 15. *Italia triplo licet Africa maior*] Africa et Αἰθῶν, ut Graecis, sic et Latinis autoribus nunc quidem est pars, in orbe terrarum tripartito, secunda; nunc vero regio eidem terrarum parti cognomen, in qua est Carthago urbs nobilissima. De hac modo intelligit. Quae sequuntur de variis provinciarum, et populorum devastationibus, fusius habentur in aliis historiae Procopianae libris.

P. 107, 15. *Indicto bello inconsulte recidere*] Ob id, atque ob auxilia neglecta, sunt a Chosroë devastata complura orientis oppida, ipsaque Antiochia; cuius miserandum excidium non tam narrat Procopius, quam deplorat, priore parte l. 2 bell. Pers.

P. 110, 1. *Animum ad sublimia traducere, dei naturam curiosius perscrutari*] Brevissime, sed clare Procopius indicat Iustiniani studia Theologica. Omnino illiteratum, seu analphabetum non fuisse ad p. 28 probavimus. Quod autem de rerum divinarum studio dixi: sic totus in illud Iustinianus

incumbebat, ut Artabanes et coniurati hic eum neci opportunissimum se habituros sperarent. Procopius l. 3 bell. Goth. *Κάθηται ἀφύλακτος αἰεὶ ἐπὶ λέσχης τινὸς ἀπὸ τῶν νυκτῶν ὁμοῦ τοῖς τῶν ἱερῶν ἰσχυροτέρουσιν, ἄσχετον ἀνακυκλεῖν τὰ Χριστιανῶν λόγια σπουδῆν ἔχων: perpetuo sine custodibus desidet ad multam noctem in musaeo cum senioribus quibusque sacerdotibus, attentissimo studio arcana Christianorum dogmatum investigans.* Male Procopium Antonius Concius redarguit; id

P 153 Procopius hic vituperare videtur, quod imperator neglectis reipublicae negotiis apprime necessariis, ecclesiasticis rebus sese immisceret, quod per summam ambitionem nunquam non fecit. Liberatus in Breviar. o. 23 *annuit imperator facillime, gaudens se de talibus causis iudicium ferre; nempe de ecclesiasticis.* Qui disputantem de theologicis quaestionibus Iustinianum audire vult, et videre inter episcopos considerentem, modo haereticos, modo Catholicos praesules monentem, docentemque, et pene exultantem, suis non modo disceptationibus, sed etiam fuis ad deum precibus haereticorum conversionem adscribentem, legat epistolam Innocentii Maroniani

A 87 Episcopi ad Thematem presbyterum, in fine. Cum forte Agapetus pontifex Romanus nondum Anthimi damnatione pronuntiata diem obiisset; non defuerunt episcopi qui cum Paulo Apameae Iustiniano sic adulati sunt. *Agapetum ὁ Κύριος μετέστησεν, ἵνα τὸ πλήρωμα τῆς κατορθώσεως τῇ ὑμετέρῃ φυλάξῃ γαληνότητι, dominus transtulit, ut operis consummationem vestrae serenitati reservaret.* Verum antequam imperium caperet, a Theophilo Abbate praeceptore suo his erat iam studiis imbutus: nam cum sanctissimo pontifice Agapeto diu atque pugnaciter pro Eutychniana haeresi disputavit. Anastasius. Paul. Diac. In qua disputatione magistrum Catholicae fidei Agapetum Romanum pravae de religione sententiae insinulare non erubuit inflatissimus scientia Iustinianus, quod ex autore appendicis ad Marcellinum colligere est. *Ipse Agapetus, inquit, extremum diem obiit in domino; in nullo tamen sicut ei a principe obiiciebatur, sentiens contra fidem.* Imo quadriennio ante adventum Agapeti Constantinopolim libros de incarnatione dominica edidit, et Illyricianos Episcopos ad subscribendum coëgit. Victor Tann. De his et aliis eiusdem libris eorum temporum aequalis Isidorus: *Iustinianus imperator quosdam libros de incarnatione domini edidit, quos etiam per diversas misit provincias. Condidit quoque et rescriptum contra synodum Illyricianam, et adversus Africanos Episcopos, in quo tria capitula contendit damnare.* Libelli confessionis fidei a Iustiniano editi, meminit l. 1. Facund. Hermian. lib. vero 2 secernit ab hoc similem alium, Iustiniani nomine ab haereticis praenotatum: ex his monumentis unum (quod ego sciam) tan-

tummodo superest, nempe libellus pro tribus capitibus Graecae et Latine editus; de quo Liberat. c. 24. Meminit aliarum Iustiniani disputationum cum Victore Tunnensi, aliisque Africanis Episcopis idem Victor in chronico ad annum Iustiniani trigesimum octavum. Refert eiusdem theologicas disputationes cum Severianis Episcopis Innocentius Maronianus in epistola ad Thematem presbyterum. Eustathius in vita sancti Eutychiei.

Ἐπίστασθε πάντες οἱ μεμνημένοι τὸ ζητητικὸν τῶν θείων δογμάτων τοῦ ἐν εὐσεβείῃ τῇ λήξει Ἰουστινιανοῦ, πῶς νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπὲρ τὴν τῶν ἄλλων ἀπάντων φροντίδα ταύτην εἶχεν αἰεὶ ὡς μίαν καὶ μόνην, τοῦ μετὰ πάντων τῶν αἰρετικῶν συζητεῖν, καὶ συναίρειν λόγον, ὃν κατίσχυεν ὡς τὰ πολλὰ διὰ συλλογισμῶν πιθανῶν καὶ ἀποδεικτικῶν, καὶ γραφικῶν μαρτυριῶν τροπούμενος αὐτούς. *Nostis omnes quotquot meministis quam curiose piae memorias Iustinianus in divinorum dogmatum investigatione versaretur; quodque diu noctuque posthabitis omnibus aliis curis, illam unam et solam nunquam intermitteret, qua ad disputandum omnes provocabat haereticos, et rationes in medium proferendas, quibus ille valde praevaleret; cum ut plurimum eosdem haereticos probabilibus modo ratiocinationibus, modo demonstrationibus, modo denique sacrarum testimoniis litterarum confutaret.* Hac scilicet divinarum rerum scientia inflatus ecclesiae tot leges praescribere, A 88

novaque dogmata tradere ausus est. De studiis vero philosophiae Agapetus Iustiniani contubernalis, et ecclesiae Constantinopolitanae Diaconus in Paraenisi. ἐφ' ἡμῖν ἀνδειχθη τῆς εὐζωίας ὁ χρόνος, ὃν προεῖπέ τις τῶν παλαιῶν ἔσεσθαι, ὅταν ἢ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἢ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσι. καὶ γὰρ φιλοσοφοῦντες ἠξιώθητε βασιλείας, καὶ βασιλεύσαντες οὐκ ἀπέστητε φιλοσοφίας. *Nostris temporibus ostensum est prosperae vitae tempus; quod praedixit quidam ex veteribus futurum, cum vel philosophi regnarent, vel reges philosopharentur. Nam philosophando digni habiti regno estis, et regnando a P 154*

philosophia non descivistis. Tres tum orbis terrarum habuit reges philosophos, Iustinianum, Chosroem, de cuius eruditione agit Agathias l. 2 et Theodahatum, cui hanc laudem tribuit Procopius l. 1 bell. Gotth. Cassiod. l. 10 Var. De iurisprudentia, qua praeterea Iustinianus pollebat, diximus ad p. 63. De musicae peritia Theophanes profert Graecum Troparium, id est, hymnum, quem de Christi divinitate et oeconomia ad ecclesiasticos modulos concinnavit, hodieque Graeci canunt inter missarum solemnias. Architecturam ita callebat, ut multorum aedificiorum ichnographias, et sciagraphias ipse delinearit, et modum artificibus praescripserit: de templo sanctae Sophiae, de regni aedibus Heraeanis et portu testatur Procopius l. 1. aedif., de civitate Dara l. 2, de templo deiparae

Hierosolymis l. 5 et de alijs alibi. Ergo Iustinianum tot disciplinis ornatum merito Theodahatus rex Gotthorum modo *sapientissimum imperatorem*, modo *principem doctum* appellavit apud Cassiodorum l. 10. Var. epist. 9 et 22. Et Agathias in prooemio suae collectionis epigrammatum, *ἀλλὰ σοφοῦ πτεάνοισιν ὁμιλήσεις βασιλῆος*. Et in vetustissimo manuscripto cod. Vat. 1342 legi. *Quinta sancta synodus Constantinopolitana temporibus Iustiniani doctissimi imperatoris*. Genuinos Iustiniani libros paulo ante numeravimus, ut spurios reiiciamus hic locus postulare videtur. In calce chronici Cassinensis circumferuntur nomine Iustiniani notatae epistolae ad Vigilium papam, ad Placidum martyrem, et privilegium Cassinensi Coenobio concessum; praeterea Theodora ad eundem Placidum, et Vigilii ad Iustinianum, et si quae aliae ibi sunt Pseudogordiani litterae, qui Iustiniani iussu sancti Placidi vitam scripsisse se mentitur. Is ergo Tertullum patricium Romanum Iustiniani *exadelphum*, et Theodora *cognatum*, Placidum vero utriusque *nepotem* vocat. Quid Tertullo cum Iustiniano Bederinae nato Iustini agricolae nepote? Quid cum Theodora metreticula scenica Acacii Ursarii filia? Quam prolem, quos liberos suos Iustinianus ac Theodora identidem commemorant, qui sancti Sabae precibus ne vel unum obtinere sibi successorem imperii potuerunt? Qui potest Vigilius et quintae synodi pater vitam Theodora precari, quae vitam cum morte quantum iam annum ante eam synodum commutarat? Sedet autem Vigilius in eo concilio, ad quod nec sponte accessit, et rogatus venturum se negavit? Ex patriarchis unus in eadem synodo

A 89 defuit Eustochius Hierosolymitanus; Pseudogordianus male cautus cum reliquis patribus eum numerat, Domnum vero Antiochenum, qui conventui intererat, excludit. Ait epistolae Iustiniani et Theodora ad Placidum in Siciliam per Belisarium missas fuisse anno imperii duodecimo; tum scilicet cum Belisarius Romae a Vitige, Gotthiaque dira obsidione premebatur. Quid de notis consulum, quid de ipsis consulibus dicam, quibus eae litterae consignatae habentur? In his nihil integri vel sani est. Privilegium Cassinensibus monachis datum iisdem illis subscriptionibus exploditur, quibus munitum illud voluit Pseudogordianus. Primus subscribit Iustinianus ex stirpe Aeneada. Quid ais? nisi plane nihil sapis, rem omnibus scriptoribus novam et plane inauditam narras. Secundus Iustinus Caesar. Iustinianum nullum imperii habuisse socium quis nescit? *par curis* Iustinus fuit seni iam et pene deliro Iustiniano, sed *diademate dispar*; neque eius filius, sed Dulcissimi et Vigilantiae. Tertius Theodorius rex Gotthorum, qui ante id tempus quo datum fuit illud privilegium, viginti et amplius annos diem obierat. Quartus Belisarius, qui tum Romae, ut

dixi, vallo septus tenebatur. Quintus Mauricius comes excubitorum. Hunc gradum Tiberio principe est consecutus; anno vero illo Iustiniani duodecimo plane puer, nec primae militiae stipendia meruerat. Sextus Tiberius gener iam dicti Iustini. Id anno duodecimo Iustiniani? Deinde gener Iustini? unica filia Iustino fuit Arabia, haec Baduario nupsit. Tiberii uxorem quis nescit Anastasiam? filias vero Charitonam, et Constantinam? Ex his reliqua; quae singillatim refellere nihil nunc mihi tanti est.

P. 110, 2. *Dei naturam curiosius perscrutari*] Haec Iu- P 155
stiniano curiositas obfuit, nec minus obfuit ecclesiae. Felices fortasse sunt republicae quarum reges philosophantur; sed plane infelix ecclesia est, cum seculares principes ita theologiae vacant ut Iustinianus. Disputavit ille de rebus divinis cum ecclesiae doctoribus, ac tandem dirimere quaestiones imperiali fastu et tyrannica vi licere sibi putavit. Agapeto Romano pontifici duas in Christo naturas asserenti contra Monophysitas quibuscum Iustinianus sensit, ita minatus est; *aut consenti nobis, aut exilio te deportari faciam*. Anast. in Agap. Post theologicas disquisitiones cum Eutychio Constantinopolitano patriarcha, ut eius temporis scriptor Eustathius refert, προίβαλεν ὁ βασιλεὺς ὃν ἐποίησε χάριτην περιέχοντα τὴν βλάσφημον ἐκείνην δογματοποιεῖται λέγων τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἐξ αὐτῆς ἐνώσεως ἄφθαρτον. ἀναγνούς δὲ πᾶσι τὸν τοιοῦτον λόγον, ἠνάγκαζε τὸν Εὐτύχιον δέξασθαι, καὶ σύμφηρον αὐτῷ τῆς βλασφημίας ταύτης γενέσθαι. *Protulit imperator a se compositum edictum, quo blasphemum illud dogma de incorruptibili, post unionem, domini humanitate continebatur, quod cum omnibus perlegisset, Eutychium id ratum habere, sibique in tanta blasphemia consentire cogit. Id illum respicientem deportari iussit.* Caeteros episcopos, qui in disceptationibus de fide ac A 90 religione a se dissentirent, vel coniecit in vincula, vel cruciatibus aut nece affecit; experto credamus Victori Tunnensi Africano Episcopo in chronico. Vide has notas ad p. 115.

P. 110, 9. *Quod alterius partis populares magis Caesari studebant*] Nempe Veneti, quibus et Caesar ipse magis studebat, quam Prasinis: quod studium placuit Evagrio nominare *μανίαν, dementiam, et θηριώδη γνώμην, belluinam immanitatem*. De qua cum Procopio et aliis saepe in his notis disseruimus. Unum hic addam, Iustini imperatoris illustre testimonium, quod pone me praeterierat. Theophanes. *Ἰσποδρομίας ἐπιτελεσθείσης, καὶ φιλονεικούντων τῶν μερῶν πρὸς ἀλλήλους ἔπεμψε Μανδάτωρα εἰς ἑκάτερα τὰ μέρη ὁ βασιλεὺς λέγων, εἰς μὲν τοὺς Βενέτους, ὅτι Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς παρ' ὑμῖν ἐτελεύτησεν, εἰς δὲ τοὺς Πρασίλους, ὅτι παρ' ὑμῖν Ἰουστινιανὸς ἔτι ζῆ, καὶ ἀκούσαντα τὰ μέρη εἰσήγσαν, καὶ οὐκέτι ἐφι-*

λονίκεσαν. *Aurigarum curriculo absoluto, factioni inter se tumultuabantur; quare Iustinus utrique factioni per Mandatorem sic interminatus est. Vobis defunctum iam esse Iustinianum scitote Veneti: superesse etiamnum vobis Prasini Iustinianum credite. Quo illi audito quieverunt, neque amplius altercati sunt.* Vide Mandatoris officium ac munus, qui Caesaris nomine tumultus sedaret in circo, quid facto opus esset praescriberet, imperatoris veluti vox in theatro erat, quemadmodum quaestor in senatu. Suidas, *Μανδάτωρ εἶδος ἀξιώματος. Mandator est genus dignitatis.* Lege Cassiodorum l. 7, Var. epist. 10 de tribuno voluptatum. Et Theophanis fragmentum supra ad p. 56.

P. 111, 7. *Ad urbem Edessam Scyrtus exundavit]* De hac, atque aliis fluminum eluvionibus, urbium ruinis, terraeque motibus, vide l. 3 bell. Goth., Evagr. l. 4, Theoph. Zonar. Cedr. et alios. Non *Scyrtus*, ut habet codex Vat. sed *Scirtus*, quasi a *σκιρτῶ*, quod est *salio*, huc enim Sibyllinum carmen alludit, quod subsidente fluvio, lapidi incisum cives invenerunt, ut ait Theophanes,

Σκιρτὸς σκιρτήσει τε κακὸν σκιρτήμα πόλινταις.

Saltabit civi saltum saltator acerbum.

De hac inundatione fuse l. 2 aedif. et ibid. l. 5 de Cydno.

P. 112, 9. *Iustinianum in medio extantem freto, totamque ingurgitantem maris vim]* Amicus ille Procopii per somnium id vidit; Agathias vero quod vigilans observarat, eadem verborum translatione declaravit l. 5 extremo. *Καθάπερ ἐν καλιφόροις ὑδάτων, αὐτὸ δὴ τὸ μέτρον τῆς παρασχεθείσης τοῖς τάγμασι δασμοφορίας οὐκ οἶδ' ὅτινα τρόπον ἐς τοῦμπαλιν μετωχετεύετο, καὶ ἐπανήει ὄθιν δὴ καὶ ἐρρύη. Haec tota*
P 156 *summa stipendiorum quae militibus numerabatur, quod solet in fluxu aquarum atque refluxu contingere, retrorsum manabat, ac tandem eo unde defluserat refluebat.*

P. 113, 2. *Marinis minime necessariis substructionibus]* Alia Iustiniani aedificia mire Procopius celebravit, hoc unum A-91 saepissime in hac historia vituperat, quod infinitam vim pecuniarum in illud Iustinianus insumpserit, voluptati potius, atque deliciis, ut supra diximus ad p. 70 quam publicae utilitati. Nam aliis adhuc integris portibus, *huius* (quippe non necessari) *ad hanc usque diem molium et brachiorum vestigia quidem extant, magna tamen ex parte diruta, quae nullam stationem navibus accommodent,* ut refert Petrus Gillius l. 3 de Bosporo Thracio. Caeterum huius et aliorum omnium suburbanorum luxum, quae sibi extra urbem Byzantium magnates aedificabant, aliam ob causam vituperare Procopius videtur l. 4 aedif. quod nimirum ea referta cum essent immensis divitiis

et pretiosissima supellectile, incitamenta barbarorum erant, qui quotidie ad vicinorum oppidorum deprædationem excurrerant.

P. 113, 6. *Tercentum et viginti millia auri pondo*] Idem de C. Caligula narrant Tranquillus et Dio, l. 59. *The- sauros maximos brevissimo tempore exhausit; quippe vicies ter millies sestertium (alii tradunt vicies semel millies sestertium, ac cccxxx. insuper sestertia) cum accepisset, in Thesauris nul- lam eius summae partem in tertium annum servavit.*

P. 113, 7. *Iustino etiamnum superetite, ea Iustinianum profudisse*] In alios et Ildericum Vandalum familiarissimum. Procop. l. 1 bell. Gotth. Ἰλδέρικος φίλος ἐς τὰ μάλιστα Ἰουστι- νιανῶ καὶ ξένος ἐγένετο χρήμασί τε μεγάλοις ἀλλήλοις ἰδωροῦντο. *Ildericus hospes Iustiniani, eidemque familiarissimus, magnis se mutuo pecuniarum largitionibus augebant.*

P. 113, 13. *Falsorum criminum reos egit*] Multa crimi- minum capita hic Procopius enumerat; quae ita breviter com- plexus est Evagrius l. 4 c. 29. ὁ Ἰουστινιανὸς ἦν χρημάτων ἀπληστος, καὶ τῶν ἀλλοτρῶν οὕτως ἐκτόπως ἐραστής, ὥς καὶ τὸ ὑπήκουον ἅπαν χρυσοῦ πιπράσκουσιν τοῖς ὅσοι ἀπ' οὐδεμιᾶς αἰτίας βιάσκειν ἐπιβουλὰς τοῖς ἀνθρώποις ἐθέλουσι. πολλοὺς δὲ καὶ ἀναριθμοὺς τῶν τὰ πολλὰ κεκτημένων προφάσεις ἀπρο- φασίστους ἐπιχρώσας τὰς οὐσίας ἀπάσας ἐξημίωσι. *In Iusti- niano vero tam inexplebilis fuit pecuniae cupiditas, et tam turpis rerum alienarum appetitio, ut omnium subiectorum bona ob auri amorem vendiderit iis, qui nulla de causa in- sidias hominibus struere volebant. Complures, imo vero in- numerabiles, qui multa bona possidebant, causa falsa, com- mentitiisque conficta, omnibus fortunis mulctavit.*

P. 114, 1. *Quosdam scelerati cōitus*] Tam indignis mo- dis pecuniam Iustinianum aeruscasse, pene Procopio non cre- deretur, nisi eiusdem temporis scriptores id comprobarent. Evagr. l. 4 c. 29. ἦν δὲ γυνή ἐταιριζομένη ἠποφθαλμισασά τῷ ὀμίλιαν τινὰ ἢ μίξιν ἀνέπλασεν εὐθύς ἅπαντα φροῦδα τὰ τῶν νόμων καθίσταντο, καὶ τὸν Ἰουστινιανὸν προσεταδρῖσαμένη τοῦ ἀτόπου κέρδους ὅλον τὸν πλοῦτον συκοφαντηθέντος οἶκοι με- τεσκενάζετο. *Quod si quae meretrix oculos cupiditatis ad ali- cuius bona adiiciens consuetudinem se ullam cum eo, vel con- iunctionem (adde ex Procopio illicitam) habuisse simularet, statim omnia iura, ac leges, modo Iustinianum turpis lucri* A 92
V 373
socium constitueret, eius causa eversas iacuerunt, facultates- que omnes illius, qui falso in crimen adductus erat, fuerunt in eius domum translatae.

P. 114, 6. *Barbarorum gentes, quae ad ortum et occa- sum*] Reges barbaros, vel eorum legatos, qui ex universo ter- rarum orbe Byzantium sub Iustiniano venerunt, et publica pompa excepti sunt, et magnificentissimis (ut subdit) lautitiis

onerati, in antiquis monumentis hos invenio, scilicet ex multis paucos. Gretes Erulorum rex anno Iustiniani primo, magno suorum comitatu Byzantium appulit, e sacro Baptismi lavacro ab imperatore susceptus est, et ex illius propinquis, atque principibus viris duodecim uno fonte lustrati sunt. Eodem anno Gordas rex Hunnorum, qui Bosporo adiacent, Constanti-
 P 157 nopolim ingressus, dedit Christo nomen, firmataque cum populo Romano societate munificentissime a Iustiniano dimissus est. Anno octavo rex Iberorum Zamanarsus cum uxore et sui regni primatibus Byzantii acceptus, Romanorum societatem petiit. Subdit Theophanes. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν τοιαύτην προ-
 αἰρεσιν ἀποδεξάμενος πολλὰ αὐτὸν ἐφιλοτιμήσατο καὶ τοὺς αὐ-
 τοῦ συγκλητικούς, ὁμοίως καὶ ἡ Ἀγούστα τῇ αὐτοῦ γυναικὶ
 κόσμια παντοῖα διὰ μαργάρων ἐχαρίσατο. *Iustinianus gratam rem habuit, eumque ac illius principes magnis largitionibus cumulavit. Theodora vero Zamanarsi uxori quamplurima donavit ornamenta gemmis distincta.* Anno decimo tertio Mundus Gepaedarum rex a Iustiniano non solum civili Roma-
 norum societate, sed etiam magna auri copia auctus Byzantio discessit. Anno trigesimo primo rex Abarorum ad eandem societatem adiungitur a Iustiniano humanissime habitis eius legatis: de quibus (quod hic innuit Procopius) Theophanes ait. *Εἰσῆλθεν ἔθνος ἐν Βυζαντίῳ παράδοξον τῶν λεγομένων Ἀβά-
 ρων, καὶ πᾶσα ἡ πόλις συνέτρεχεν εἰς τὴν θείαν αὐτῶν, ὡς μηδέποτε ἑωρακίotes τοιοῦτον ἔθνος. εἶχον γὰρ τὰς κόμας ὀπι-
 σθεν μακρὰς πᾶνυ δεδεμμένας πρηνδλοῖς, καὶ πεπλεγμέναις. ἡ δὲ λοιπὴ φορεσία αὐτῶν ὡς δὴ καὶ τῶν λοιπῶν ἐστὶν Οὐννων.* *Gens Abarorum nunquam antea visa, ingressa est Byzantium, totaque urbs ad eius conspectum conflavit. Habebant ad hu-
 meros valde promissas comas, brandeisque colligatas atque complexas: reliqua veste Hunnis similes.* Anno decimo sexto Adadii regis Azumitarum legati magnificentissime accepti cum Ioanne Episcopo dimittuntur, ut ab eodem Christianorum sacris initiarentur. Anno trigesimo sexto regis Ermechiorum legati publice recepti. De Persarum legationibus, quae pene quotidianae fuerunt, nihil attinet dicere; ἦν γὰρ τις τὰς τε
 δαπάναις διαριθμήσαιτο καὶ τὰ δῶρα ὅσα ἐνθένδε κεκομισμένος Ἰσδιγούνας ἀπιῶν ᾤχετο, πλέον αὐτὰ κατατείνοντα ἢ ἐς χρυσοῦ πεντηνάρια δέκα εὐρήσει. *Nam expensas pro uno legato Isdi-
 gune, atque munera eidem discedenti collata, ad calculum si quis revocet, excedere inveniet decem auri centenaria.* Procopius l. 2 bell. Pers. Has publicas celebresque pompas, et
 A 93 populi equitationes et occursus innuunt Prasini cum in theatro illud obiiciunt Iustiniano, μίαν εἰς τὴν πόλιν προέρχομαι ὅταν εἰς βουρδῶνην καθέξομαι. εἶθε μὴδὲ τότε τρισαύγουστε. *Τὴν*

solum prodeō in urbem, cum burdoni insideo, utinam, Auguste maxime, ne tum quidem.

P. 116, 2. *Praefectus urbis*] Est in Graeco, ἡ τῷ δήμῳ ἐφροστῶσα ἀρχή, *magistratus plebi praefectus*. Quod vero in urbe omnem quaestionem haberet, Iustinianus vocavit *πολιάρχον*. Novell. 13 et Leontius in epigramm. Καὶ σε σοφὴ πολιάρχη γράφει γαβριήλεις τέχνη. eadem ratione alii *πολιοῦχον*. Iustinianus ibidem *ἐπαρχον τῆς πόλεως*. Sic passim distinguitur ab *ἐπαρχον τῶν κρατικῶν*. Saepissime vero per excellentiam *ἐπαρχος* a bonis autoribus appellatur.

P. 116, 4. *Horum alterum praetorem plebis vocavit*] Quem Romani praetorem, sive praefectum Vigilium, Graeci *νυκτέπαρχον*. Cassiod. l. 7. Var. epist. 7. De huius magistratus institutione erat novell. 3. Ante Iustiniani tempora curam, quae praetori plebis demandatur, gesserunt vicomagistri, et collegiati, qui singulis urbis Byzantii regionibus praefecti erant, ut autor descriptionis Constantinopolis indicat. *Collegiati, qui ex diversis corporibus ordinati incendiorum solent casibus subvenire. Vicomagistri, quibus per noctem tuendae urbis cura mandata est.* Hos primus Augustus, ut Suetonius, ait, instituit.

P. 116, 5. *Alterum quaesitorem*] Antonius Augustinus ad novell. 80 pro *quaesitore* legendum censet *quaestorem*. Et Iacobus Cuiacius a *quaestore palatii*, et *quaestore exercitus* hunc nititur distinguere. Nos retinimus codicum Vaticanorum lectionem *Κραισίτωρα*, cui Iulianus Antecessor adstipulatur novell. 74. Rem ipse Iustinianus evincit novell. 80. Τῇ μὲν οὖν ἀρχῇ καὶ τῷ ταύτην παραλαμβάνοντι τὸ τοῦ quaesitoris ἐπιστρεψεν ὄνομα. οὕτως γὰρ δὴ καὶ οἱ τὴν ἀρχὴν εὐρόντες, φημὲν δὴ καὶ ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ἐρευνάδας ἐκάλουν τοὺς ἐς ταύτην ἀφικνουμένους τὴν τάξιν. *Huic ergo magistratui, et illum capessenti quaesitoris nomen imponimus, sic enim qui hunc magistratum invexerunt priscis temporibus, P 158* *Ereunadas, id est, quaesitores vocarunt eos, qui ad hoc munus pervenissent.* Lege Harmenopolium l. 6, de variis legibus tit. 1, Virgilius 6 Aeneid.

Quaesitor Minos urnam movet, ille silentum

Conciliumque vocat, vitamque et crimina discit.

Emendandae sunt etiam editiones Schringeriana et Conciana. Illud hic habet difficultatem; quod in novell. 80 de quaesitoris institutione, nulla mentio sit criminum, ad quae cognoscenda hunc institutum magistratum fuisse Procopius docet. At de acceptis, non scripto, sed verbo, principis mandatis Procopius loquitur; ut liquet ex iis, quae statim de praetore plebis, et urbi praefecto narrat.

P. 117, 5. *Quaesturae munus*] Alii sunt quaestores [Ur-

A 94 bani, et Castrensis aetarii praefecti. Hoc vero munere fungebantur viri legum consultissimi, eosque principis *παρήδρους*, *assessores* passim vocat Procopius; qui, quod ex legum praescripto faciendum esset, principem monerent. Lib. 1 bell. Goth. Ὅς δὴ Ἀθαλαρίῳ παρήδρουε πρότερον, Κvaisίτωρα τὴν ἀρχὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι. *Athalarici assessor; hanc vero dignitatem Romani quaestorem appellant.* Evagr. l. 4 c. 12. Ὅς παρήδρευεν Ἰουστινιανῶ (lego Ἰουστίνῳ) Κvaisίτωρ καθειστήκει. Hic perperam Christophorus: *qui assiduus cum Iustiniano fuit. Iustini assessor et quaestor fuit.* Hunc primus Constantinus quaestorem vocavit. Zos. libro 5. Σάλβιος ὁ τὰ βασιλεῖ δοκοῦντα τεταγμένος ὑπαγορεύειν, ὃν Κvaisίτωρα καλεῖν οἱ ἀπὸ Κωνσταντίνου δεδώκασι χρόνοι. *Salvius, cuius munus erat, imperatoris sententias pronunciare. Hic vocari quaestor coepit tempore Constantini.* Et tamen apud Spartianum in Hadriano legimus: *Quaesturam gessit; in qua orationem imperatoris in senatu agrastius pronuncians risus est.* Unde quaestor στόμα βασιλέως dicebatur, *os imperatoris*, ut est in epigrammate Graeco, quod citavi ad p. 28. Theophylact. Simocatta apud Photium, Κvaisίτωρ ὃς πρὸς τὸν δῆμον τὴν ἐν τῷ λόγῳ τάξιν ἐτάχθη πληροῦν τοῦ βασιλέως. Sunt et minorum magistratuum quaestores et *πάρεδροι*, ut proconsulis Cappadociae, comitis Isauriae, praetoris Pisidiae, et aliorum in novellis; Procopius Belisarii fuit.

P. 117, 11. *Primum quaesturae Tribonianum praefecit]* Nam sub Iustino, et aliquandiu sub Iustiniano quaestorem egit Proclus, de quo plura diximus ad p. 28. Huic sufficitur Tribonianus, cui propter Victoriarum seditionem exautorato, succedit Basilides in paucos dies: sedatis turbis, iterum Tribonianus: ab eius obitu Iunilus Affer; deinde Constantinus. *Τριβωνιανὸς ἔτη πολλὰ ἐπιβιούς τῇ ἀρχῇ ἐτελεύτησε νόσῳ.* *Tribonianus in ea dignitate, ubi vixit complures annos, morbo periit.* Quot annos? coniciamus. Constantinus anno Iustiniani sexto et vigesimo cum dignitate erat, ut habes coll. 2 synodi quintae Constantinopolitanae; septennium Iunilus in eo gradu exegit, ut hic affirmat Procopius: quare ad annum Iustiniani undevigesimum, vel circiter, obiisse Tribonianum verosimile est. Quo potissimum tempore urbanam gesserit praefecturam, non liquet; fortasse ante quaesturam.

P. 118, 6. *Constantinus legum haud imperitus]* Quem tali elogio Iustinianus in constitutione de digestorum confirmatione commendat. *Constantinum virum illustrem comitem sacrarum largitionum, et magistrum Scrinii libellorum, sacramque cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione et gloria esse commendavit.* De eodem lege coll. 2 synodi quintae Constantinopolitanae.

P. 118, 17. *Praefectus praetorio*] Graece est, ἐπάρχου P 159
 τῶν πραιτωρίων, principis praetoriorum. Lib. 1 bell. Vand. et
 alibi saepe ἐπαρχον τῆς αὐλῆς, aulae principem eundem vocat.
 Mirum quanta sit veterum librorum inconstantia, modo ἐπαρ-
 χον, modo ὑπαρχον eadem pagina legas. Eam varietatem se-
 cutus est Schringerus in editione novellarum. Putarim ἐπάρ- A 95
 χους hos dictos fuisse, penes quos summa autoritas, et legum
 condendarum ius esset, et ad quos provinciales provocarent a
 suis praefectis; qui quasi minorum gentium iudices ὑπαρχοι V 374
 vocarentur. Rem tamen in medio relinquo. Sed omnino di-
 stinguendi sunt praefecti praetorianorum, qui deinde vocati
 sunt comites aulicorum, ut supra ad p. 28 diximus, et tandem
 circa Iustiniani tempora curopalatae. Nam ex Latinis scripto-
 ribus Corippus, ex Graecis Evagrius primi extulerunt eam vo-
 cem. Evagr. l. 5 c. 1. Ἰουστίνος τὴν φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμ-
 πεπιστευμένος ὃν κουροπαλάτην ἢ Ῥωμαίων λέγει φωνή. Iu-
 stinus, cui credita erat aulae cura, quem Romano sermone
 curopalatem appellamus. Praefecti vero praetoriorum dignitas,
 ab Evagr. l. 3 c. 42. Κορυφαία ἀρχὴ dicitur summus magi-
 stratus; et ab Eunapio in Proaeresio βασιλεία ἀπόρροφος, im-
 perium, cui purpura deest; a Cassiodoro l. 6. Var. epist. 3
 pater imperii. Haec distinctio sensim post Constantini tem-
 pora increbuit. Lege Zosim. l. 2. Cum vero audis Simocat-
 tam, et sanctum Nicephorum in historia, πρώτην μετὰ βασιλέα
 ἀρχὴν, primam post imperatorem dignitatem curopalatae, id
 est, comitis, seu praefecti praetorianorum fuisse a Iustini
 temporibus, id coeptum intelligas necesse est, ut ad p. 28
 monuimus.

P. 119, 3. *Aërium*] Vectigal, seu tributum a Iustiniano
 excogitatum. Ioannes Mercerus in editione sui Harmenopoli
 L 1 tit. 4 meminit tituli περὶ ἀερίκων ζημιῶν, de multis aëri-
 cis, qui aliquam huic loco dare, et hinc accipere lucem for-
 tasse poterat. Sed ille rem, quam se fatetur non intellexisse,
 omisit. Nos diu perquisitam in Vaticanis codicibus manuscrip-
 tis, nusquam offendimus: fortasse hoc illud est tributi genus,
 quod iam olim abolitum revocavit deinde Michaël Paphlago
 imperator, de quo vide Cedrenum.

P. 119, 11. *Duos excipio, Phocam et Bassum*] Alios
 infra nominat praefectos praetorio, qui ob imperii Iustiniani
 diuturnitatem, et rerum vicissitudinem frequentes sub eo fue-
 runt: illorum autem notitia multam et huic historiae lucem
 affert, et Iustiniani constitutionibus, qua nonnullorum Iustiniani
 atque Iustini rescriptorum ψευδεπιγραφίας, falsas inscriptiones
 supra observavimus: quare in hac tabella praetorum eius tem-
 poris nomina diligenter conquisita, et ad notas consulum di-
 gesta proponenda tibi lector curavimus.

IUSTINUS IMP.

CONSULES.	PRAEF. PRAEF.
Iustinus Aug. Eutharicus.	MARINUS Syrus, iterum; nam fuit primum sub Anastasio. Evagr. l. 3 c. 42 auctor vectigalis ἐπιβολῆς, Cyrill. Scythopolit.
A 96 Vitalianus Rusticus.	APPION Aegyptius in exilium ab Anastasio pulsus, revocatus a Iustino licet sacerdos praetorio praeficitur. Theoph. Procop. l. 1 bell. Pers.
Iustinianus Valerius.	DEMOSTHENES. De quo hic Procop. p. 55 l. 8 Cod. qui testam. fac. poss.
Symmachus Boëtius.	
Maximus.	
P 160 Iustinus Aug. II. Opilio.	THEODORUS } (extant ad utrumque constitu- } tiones falso nomine Iustiniani. } ARCHELAUS. } Lib. 7 c. de advoc. fisc. et } (l. 8 c. eod.
Polyxenus Probus.	
Olybrius.	THEODORUS. Iterum ad quem Iustinus anno imperii octavo rescripsit de sepulchris non violandis.
Mabortius.	
Iustinianus Aug. II.	IUSTINIANUS IMP. MENAS patricius, qui praefecturam gessit usque ad mensem Augustum sequentis consulatus. ATARBIUS ex constitutione ab Ant. Concio edita.
Decius.	DEMOSTHENES iterum.
Lampadius	DEMOSTHENES
Orestes.	IULIANUS IOANNES CAPPADOX. } (Tres eodem anno. Mi- } rum est, eodem die, } Kal. Mart. (nisi men- } dum sit) extare re- } scripta ad Iulianum } et Ioannem. Lib. 3 } c. de verb. sign. lib. } 29 de testam.

CONSULES	PRAEF. PRAET.
P. C. Lampadii et Orestis I.	IOANNES CAPPADOX. Ab hoc anno Procopius incipit numerare decennalem praefecturam Ioannis nempe ad consulatum Basilii. Lib. 1 bell. Pers.
P. C. Lampadii et Orestis II.	Seditio Victoriatorum; in qua Ioannes remouetur ab officio mense Ianuario, indictione decima, et substituuntur ad paucos menses A 97
Iustinianus Aug. III.	PROGAS, et } Procop. l. 1 bell. Pers. et hic BASSUS. } p. 92.
Iustinianus Aug. IV. Paulinus.	IOANNES CAPPADOX, iterum; nam hoc anno coepta est expeditio Africana; a qua cum in dignitate esset, revocare Iustinianum Ioannes nitebatur. Procopius l. 1 bell. Vand.
Belisarius.	
P. C. Belisarii.	
P. C. Belisarii II.	
IOANNES.	Idem consul, idemque praef. praet.
Apion.	
Iustinus iun.	
Basilus.	Ioannes, Theodoraefactione, insimulatus perduellionis, exulat; Procop. ibid. succeditque
	THEODOTUS ad paucos menses. Procop. P 161 hic. Deinde V 375
	PETRUS Barsames Syrus. Ibid. Post Basilium quoniam nulli fuerunt consules, non libuit ordine numerare praefectos praetorio Barsamae successores; eorum tantum nomina tibi lector damus ex historiis.
	AREOBINDUS, qui et orientis fuit praetor et Africae, ubi diem obivit.
	GABRIEL, de quo extat Graecum epigr. l. 4 Anthol.
	BASSUS, iterum.
	PETRUS Barsames secundo.
	DIOMEDES, de quo mentio est in constitutionibus.

POST. CONS. BASILII.

CONSULES

PRAEF. PRAET.

POST. CONS.
BASILIC.

DOMNICUS, ad huc extant Iustiniani novella
162 περί διαφόρων κεφαλαίων.
ASCLEPIODOTUS, de quo Theophanes.
ADDAEUS, ut in cod. Vat. 1185 legebam.
De aliis huius officii Procopius hic p.
110 et Evagr. l. 5 c. 3.

A 98 P. 120, 2. *Perquam maximi praefecturas locavit*] Evagr. l. 4 c. 39. τὸ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου ἐπίπρασκε τοῖς τὰς ἀρχὰς ἐπιτροπεύουσιν. *Subiectos omnes ob pecuniam iis vendebat, qui praefecturas administrabant.*

P. 120, 7. *Acceptis mutuo praefecturarum pretiis*] Iustinianus novella 8. *Plurimas necesse est manus circumire eum, qui donationem facit: et hoc non de suo forte praebere, sed mutuatum, et ut mutuare possit damnificatum, et computare apud se, quia convenit eum tantum ex provincia percipere quantum liberet quidem ei debita, sortes et usuras, et damna pro ipso mutuo: computabit autem et in medio expensas largiores.*

P. 120, 15. *Legem scripserat*] In hac edenda lege (est autem novella 8) multum ipse sibi plausit Iustinianus; diebus Paschatis, ceu rem populis gratissimam, evulgari voluit; incisam lapidibus, in ecclesiarum porticibus, publice haberi; exemplum in membranis descriptum servari cum sacra supellectile in omnibus ecclesiis orbis Romani; ad gratias deo agendas universos populos excitari. Illud plane iactanter; *dedignantur imitari eos, qui ante nos imperaverunt, qui pecuniis ordinabant administrationes.* Nam in universum, quam veram sit nescio: Theodosius enim legem eadem super re scripsit: idemque de Marciano testatur Theodorus Lector, ἄρχοντα ἐπὶ δόξει μὴ γίνεσθαι ἐκέλευσε, *magistratum pretio creari vetuit;* et de Anastasio, τὰς ἀρχὰς ὀνόλους οὐσας προῖκα παρείχεν, *magistratus, qui venales fuerant, gratis contulit.*

P. 120, 16. *Sacramento profiterentur*] Etiamnum extat iuramenti forma ad calcem novell. 8. Quod ait, *diris omnibus more maiorum devoverentur: eas intelligit: si vero non haec omnia ita servavero, recipiam hic et in futuro saeculo in terribili iudicio magni domini dei, et salvatoris nostri Iesu Christi, et habeam partem cum Iuda, et lepram Giezi, et tremorem Cain.*

P. 121, 9. *Qui omnes ad eum locorum proventus convehent*] Hos indicat Evagrius l. 4. 29. Τὸ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου ἐπίπρασκε τοῖς τοὺς φόρους ἐκλέγουσιν. *Subiectos omnes auro vendebat iis, qui colligebant tributa.*

P. 121, 14. *Ut quique sine controversia sceleratissimi*

rebus praesent] Tribonianus, Ioannes Cappadox, Addaeus, Petrus Barsames, Aetherius, in summis gradibus Iustiniano semper carissimi fuerunt, quorum flagitia omnes loquuntur historiae. Si vero ab his numerandi principium ducas, aliosque his addas, quos Evagrius, Agathias, Procopius in reliquis historiae libris, Theophanes, Suidas, aliique scriptores commemorant, explorata plane res erit.

P. 123, 8. *Theodotum in eo gradu collocant]* Ad hunc P 162 extant aliquot Iustiniani novellae, nempe 112. De litigiosis, et quinque huic proximae; quae datae sunt IUST. AVG. ANN. XV. BASILIO. V. C. CONS. Eodem scilicet anno, quo Ioannes Cappadox in exilium pulsus est, qui fuit decimus eius praefecturae, ut habet Procopius l. 1 bell. Pers. Ἰωάννης δέκατον ἔτος τὴν ἀρχὴν ἔχων, Ioannes decem in dignitate annos exegit: totidem enim numerabis ab anno primo post consulatum Lam- A 99 padii et Orestis, quando cepit Ioannes praefecturam, ad consulatum Basilii.

P. 123, 10. *Petrus quidam genere Syrus cognomento Barsames]* Habemus ad hunc plurima Iustiniani rescripta. De eodem ita legi in πατρίοις CP. τὸν παλαιὸν Πέτρον Πέτρος τις πατρίκιος ἐπὶ τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ἔκτισεν. ἔλεγον δὲ αὐτὸν Βαρσαμιανὸν τὸν Σύρον πολλὰς ἀρχὰς τῷ τότε χρόνῳ ἀνύσαντα. *Veterem ecclesiam sancti Petri tempore Iustiniani magni Petrus quidam patricius aedificavit; cui cognomen erat Buarsimiano Syro, qui tunc multos gessit magistratus.* Praefecturam aerarii eundem administrasse paulo post Procopius commemorat. Bis praefectum praetorio, bis comitem largitionum fuisse, diversi novellarum tituli demonstrant.

P. 124, 11. *Nomine collector]* Locus in Graeco est corruptissimus, ὄνομα τιθεὶς τὴν πράξιν τὴν συλλογὴν, nomen imponens rei collectionem. Suidas, συλλογὴ ὄνομα ἀρχῆς. *Collectio nomen est magistratus.*

P. 126, 4. *Hoc onus vocari annonae consuevit]* Codex manuscriptus Graecus habet συνωνεῖν, et infra συνωνή: sed utrumque quid est? Nos ἀννώνην, seu ἀννώναν legimus, et interpretati sumus, apposite ad rem. Ille librariorum est lapsus, qui Latinaam vocem non sunt assecuti. Miror Suidam in suo codice mendum non animadvertisse; nam in dictionario in littera Σ posuit vocem συνωνή, hac integra huius historiae descripta pericopa. Vide notam ad p. 102.

P. 127, 9. *Nulla propinquis, vel amicis in illo firma certaue spes ostenderetur]* De propinquis et consanguineis nullo loco habitis a Iustiniano, lege coniurationem Arsacianam, quam Procopius describit l. 3 bell. Gotth.

P. 128, 6. *Imminuta pecunia, quae sublevandis multorum rebus quotannis impartienda erat]* Fortasse hoc est quod

Theophanes narrat ad annum Iustiniani trigesimum quintum. Τῷ δὲ Μαρτίῳ μηνὶ ἐπανεστήσαν αἱ σχολαὶ τῷ Κόμητι αὐτῶν διὰ τινὰς συνθηθείας ἃς ἐλάμβανον, καὶ ἀπέκτισεν αὐτάς. *Mense Martio insurrexerunt scholae in suum comitem ob largitiones quasdam consuetas sibi dari, quae sublatae fuerunt.*

P. 129, 16. *Septennalem, ut Anastasius]* Procopius l. 1 bell. Pers. φόρους γὰρ τοὺς ἐπιτελοὺς ἐς ἔτη ἐπὶ ἀφῆκε τῇ πόλει: *tributa annualia ad septennium omnia dimisit civitati Amidae Anastasius.*

P. 130, 1. *Cabades enim cartis tectis focus arisque]* Procop. l. 1 bell. Pers. notat solum templum sancti Simeonis incensum sub Cabade fuisse.

A 100 P. 130, 14. *Ubi miles stationem habet convehendí]* Non militaris annonae pensionem, sed exigendi modum subditis perniciosum damnat Procop. Sane superiores imperatores non ita subditos oppressisse, testatur Libanius in epist. ad Aristae-netum. Σταθμός τις ἐστὶ περὶ τὸν Εὐφράτην Καλλίνικος ὄνομα αὐτῷ. τοῦτο τὸ χωρίον ἔχει στρατιὰν ἰδρυμένην, ἣν δεῖ τρέφε-
σθαι πρὸς ἡμῶν οὐκ ἐπιείσε κομιζόντων, ἀλλ' ἐτέρωσε τὴν τρο-
φήν. ἐπιθεῖν δὲ εἰς Καλλίνικον ἄγειν νόμος τὸν ἄρχοντα τὸν
περὶ τὸν Εὐφράτην. Nam alimenta pro militibus qui Callinici stationem habebant, Euphratesiae praefectus a subditis acceperat Callinicum convehenda curabat.

P 163 P. 130, 15. *Exercitus optionibus]* Erant et optiones domesticici, quorum meminit Procopius l. 1 bell. Vand. Ὅς ἐκ-
μελεῖτο τῆς περὶ τὴν οἰκίαν δαπάνης, ὀπίσθια τοῦτον καλοῦσι
Ῥωμαῖοι: *qui familiarium expensarum curam gerebat, hunc Romani optionem vocant.* Exercitus optionum dignitatem Nico-laus Pepagomenus in panegyrico sancti Isidori declarat, et ab optionibus fisci distinguit; sic enim ibi legendum *φίσιον*, non *φύσιον*. De optionibus exercitus vide novellam 130.

V 876 P. 130, 16. *Annonam hanc rem appellant]* Mendose in Graeco habes *συνωνή*, ut ad p. 98 monuimus. Nos quam recte *ἀννώνας* legamus, videre est ex novella 130 ubi Iustinianus de hac ipsa re agit.

P. 131, 5. *Impositio quaedam est veluti improvisa pestis]* Graece est ἐπιβολή. Quid illa sit, quis eius autor, quaeve eius instituendae occasio, Simeonis Metaphrastae locus declarat, quem nondum iurisconsulti viderunt. Αἶμος ὁμοῦ καὶ λοιμός, τὰ δύο ταῦτα κακὰ, καὶ ἀναίρειν ὁμοίως δυνάμενα τισὶ τῶν κειμένων ὑπὸ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ χωρίων ἐνακήψαντα, πολλοὺς μὲν οἴκους ἀνθρώπων ἐκένωσε, κωμᾶς δὲ ὄλας καὶ συνοικίας, καὶ ἀγροὺς ἐρήμους τῶν οἰκούντων εἰργάσατο. Σχεψάμενοι τοίνυν οἱ τῶν κοινῶν ἐπιμελεῖται, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βασιλεὺς αὐτός, ὅπως μὴ τὸ κοινὸν τοὺς δι' ἔτους ἐκείνων φόρους ζημιωθῇ, ψηφίζονται τοὺς πλησιοχώρους καὶ αὐτὰ τὰ ἐκτριβέντων τέλη καὶ οἰχομένων

εἰσπράττεσθαι, καὶ τοῦτο κατὰ πάσης ἐκράτει τῆς ὑπηρεσίας, καὶ
 πᾶς ὁ ἐν γειτόνων οἰκῶν καὶ τοὺς τῶν πλησίων παρέχειν. ἤναγ-
 κάζετο φόρους, εἴτε ὑπὸ τοῦ λοιμοῦ καὶ τῆς ἐνδελίας ἐκτριβέντες
 ἦσαν, εἴτε τῶν οἰκιῶν ἀνάστατοι διὰ τὴν ἀνάγκην γεγεννημένοι.
Pestis et fames; duo haec mala aequae perniciose grassabantur
in quaedam partes imperio Romano subiectas; unde multae
domus sine hominibus erant, necnon pagi, integraeque fami-
liae, ac villae habitatoribus vacabant. Quamobrem reipubli-
cae curatores, necnon imperator ipse praecaventis ne publicum
aerarium annuis istorum vectigalibus privaretur, decreverunt
a vicinis exigere tributa illorum, qui deperissent. Idque in
universo imperio obtinebat, et quisque vicinus cuiusque pro-
pinqui pendere tributa cogebatur, sive illi ob pestem, atque
indigentiam deleti fuissent, seu a propriis sedibus excessissent
ob necessitatem. Hoc iniquum tributum, Sabae viri sanctis-
simi rogatu tollere volentem Anastasium repressit Marinus
praefectus praetorio, ut scribit Cyrillus Scythopolitanus. Is
affirmat ecclesiis idem tributum impositum fuisse. Rem non
editam placet hic in gratiam iurisconsultorum describere. Οἱ
κατὰ καιρὸν Τρακτευταί, καὶ Βίνδικες τῶν κατὰ Παλαιστίνην
δημοσίων, ἑκατὸν χρυσίου λίτρας ἐξ ἀπόρων προσώπων καὶ δυσ-
πράκτων ἀνυσθῆναι μὴ δυναμένους εἰσπραττόμενοι ἤναγκάσθη-
σαν ἐπιβόλῃσαι τὴν τούτων εἰσπραξίν τοῖς κατὰ Ἱερουσόλυμα συν-
τελεσταῖς κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐκάστου δυνάμεως. Τῶν τοίνυν
ἑκατὸν χρυσίου λιτρῶν καθ' ὃν εἴρηται τρόπον διανεμηθεῖσῶν
περισσοπρακτῖα, ἀπεγράφησαν ἢ τε ἅγλα Ἀνάστασις καὶ οἱ λοιποὶ
σεβάσμιοι τόποι καὶ οἰκήτορες. πλὴν ὅτι μέρος μὲν αὐτῆς συν-
εχωρήθη ὑπὸ τοῦ εὐσεβῶς βασιλευσαντος Ἰουστινίου ἀναφορᾶς
γινομένης ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Σάβα καὶ τῶν λοιπῶν τῆς
ἐρήμου ἡγουμένων. τοῦ δὲ λοιποῦ αὐτῆς τελεία συγχώρησις
γένονεν ἐπὶ τῆς παρουσίας βασιλείας Ἰουστινιανοῦ διὰ τῆς τοῦ
καπᾶ Εὐσεβίου μεσιτείας. Qui pro tempore in Palaestina
publicorum tributorum tractatores, et Vindices fuerunt, cum
auri centum librae exigendae sibi relinquerentur a personis
egenis quas solvendo non essent, coacti sunt eam imponere
exactionem tributariis Hierosolymitanis pro cuiusque facul-
tate. Ergo illo centum auri librarum residuo, eo quo di-
ximus modo, singulis imposito, ecclesia etiam sanctae resur-
rectionis, et reliqui venerabiles loci, eorumque habitatores de-
scripti eunt. Caeterum tempore pii imperatoris Iustini sup-
plicantibus patre nostro Saba, et reliquis eremi hegumenis
pars eius tributi remissa fuit. Tandem reliquae partis abso-
luta remissio rogatu Eusebi presbyteri ab hodierno imperatore
Iustiniano condonata est. Condonata est ecclesiasticis Hiero-
solymae duntaxat, de his enim Cyrillus loquitur. Nam aliqui
longe secus se res habet; extant enim formae praefecti praec-

torio sub Iustiniano περί ἐπιβολῆς: eius vero exactionem provinciarum praefectis inculcat idem Iustinianus. Lege novellam 17 et 128. Corrige Suidam, qui ante Iustiniani tempora nullum ἐπιβολῆς usum fuisse, ex hoc Procopii loco videtur colligere in voce ἐπιβολή.

P 164 P. 132, 6. *Militem pulchrioribus*, etc.] Haec vel militum erat effrenata licentia, vel indulgentia principis, contra quam ab eo cautum lege erat novella 130.

P. 132, 15. *Censitores (hos logothetas vocavit)] Λογοθέτην ἑλληνίζοντες τὴν τιμὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Eum qui publicarum rationum curam gerit, logothetam Graeco vocabulo Romani vocant.* Procop. l. 3 bell. Gotth. In edicto 12 legimus λογοθέσιον πολιτικῶν πόρων. Quod Theophanes vocat γενικὸν λογοθέσιον. S. Nicephorus δημοσίων λογιστήν, publicarum rationum ministrum, quem vulgo nominari dicit λογοθέτην.

P. 132, 16. *Duodecima quaque parte ipsis constituta]* Ut eo avidius inhiarent lucro militemque expilarent. Et optionibus, qui annonam militibus erogabant, πέντε καὶ δεκάτην μοῖραν, quintam decimam partem, ut est in nov. 130 constituerat Iustinianus.

P. 133, 11. *Exercitus numero exiguus esset]* Ioannes Antiochenus in collectaneis; Ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως σὺν Οὐννοῖς ἑπτακισχιλλοῖς διαβάς τὸν Ἰστρον Ζαβεργάν ἔγγυς τῆς βασιλίδος ἔφθασε λεηλατῶν τὰ μεταξὺ, ἅτε μὴ στρατιᾶς ποῦ φρουρούσης, ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἑξακοσίας καὶ τεσσαράκοντα πέντε χιλιάδας μαχιμῶν ἀνδρῶν ὁ τῶν Ῥωμαίων ἐκορυפוῦτο στρατός. Ἰουστινιανὸς δὲ μόλις εἰς ἑκατὸν καὶ πενήτηντα περιέστησεν. ὥστε μὴδὲ δύνασθαι ἐξαρκεῖν ἐν τῇ Ἀσικῇ καὶ Ἀρμενίᾳ καὶ Ἀσβύῃ, καὶ Γότθοις, καὶ Ἰταλίᾳ. *Sub Iustiniano imperatore Zaberganes cum septem millibus Hunnorum traiecto Danubio usque ad regiam urbem pervenit, interiecta omnia devastans, quippe cum militum praesidio destituta essent. Siquidem tempore priorum Caesarum Romanus exercitus reducebatur ad summam sex millium, et quadraginta quinque bellatorum. Iustinianus vero vix ad centum et quinquaginta reduxit; ita ut satis non essent ad praesidia Colchidis, Armeniae, Africae, Gotthorum, et Italiae. Idem testatur Agathias l. 5 idque factum ait τῇ τῶν κρατούντων ὀλιγωρίᾳ, imperatoris negligentia.*

P. 133, 15. *Damnus milites afficerentur]* Totum hunc locum de militibus, eorumque damnis, et de corruptela militaris disciplinae illustrabit alter Agathiae locus libro quinto extremo; quae omnia mala Iustiniani ῥαθυμῖα, desidia, eisdemque, et ministrorum avaritiae ille adscribit.

P. 133, 16. *Graecumque nomen ut probrum aliis obiectaretur, quasi nullum Graecia ferret strenuum militem]*

De qua Graecia dicit? Num de tota illa orbis parte, quae Graece loquitur, an de ea, in qua, ut Aristoteles 1 meteor. cap. ult. ait, ὄκουν οἱ Σελλοὶ, καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοὶ, νῦν δὲ Ἕλληνας, habitabant Selli, et qui olim Graeci, nunc vero Hellenes vocantur? Horum fines ponit Constantinus Porphyr. l. 1 them. 17 hinc Sestum, Abydum, et Propontidem; inde vero Cyzicum et Granicum fluvium. Graecorum et Graeciae nomine raro, vel nunquam veteres autores Graeci, frequenter Romani usi sunt; seculis posterioribus etiam illi vocem usurparunt, et universae quae Graece loqueretur genti accommodarunt, ut est apud Iulianum Apostatam, Athenaeum, Theodorum Studitam in epistolis, et alios. Sic accipiendum hic arbitror. Et hoc sensu primum Iustiniani tempore Romanum imperium Graecorum dici imperium coepit a Romanis, quod eius gentis dominationem et fastum stomacharentur. Anast. biblioth.

P. 134, 12. *Alexander, qui eo censitor missus est*] Hic Alexander est Psallidius, sive Forficula, de quo infra Procopius, et fuse ac libere de eius moribus l. 3 bell. Gotth. initio, ab accisa moneta et forfice detonsa vulgo Forficula vocatus.

P. 135, 6. *Limitaneos*] Zosimus l. 2 a Constantino magno limitaneorum numerum diminutum fuisse narrat. Lege quae paulo ante notavimus ad p. 105.

P. 135, 7. *Quadriennalia et quinquennalia stipendia illis a quaestoribus differrentur*] Ob id milites Berrhaeae praesidarii ad Chosroem defecerunt. Lib. 2 bell. Pers. Dagistaeus P 165 de eadem re queritur per epistolas ibidem circa finem libri.

P. 135, 13. *Quos vocant scholarios*] Quasi σχολάζοντας, bellico ab opere vacantes, et veluti feriatos milites. Nam, ut ait Agathias l. 5. οὔτοι στρατιῶται μὲν ὀνομάζονται, καὶ ἔγγεγραφαται τοῖς τῶν καταλόγων βιβλίοις, εἰς δὲ οἱ πολλοὶ ἀστικοὶ τε καὶ φαιδροεῖμονες, καὶ μόνον οἶμαι ὄγκου τοῦ βασιλείου ἕνεκα, καὶ τῆς ἐν ταῖς προόδοις μεγαλαυχίας ἐξευρημένοι. *Hi milites quidem nominantur, et in albo conscripti sunt, verum quamplurimi eorum urbem colunt, et vestium ornatu gaudent, atque ut reor ad pompam duntaxat principis, eiusque in processibus maiestatem adinventi fuerunt.* Horum in palatio uti munia diversa, sic nomina; praetoriani milites, custodes palatii, excubitores, corporis custodes, de quibus supra ad p. 28 lin. 17. Horum alii erant qui stipendia merebantur, alii codicillares: quare mirum non est ad tria millia et quingentos fuisse, atque iis supernumerarios a Iustiniano additos esse, cum honoris ergo eum gradum atque nomen ambirent quamplurimi. Horum denique ordines modo appellantur officia, atque ab horum praefectura dicitur magister officiorum; quem Graeci μάγιστρον τῶν ἐν παλατίῳ τάξεων: modo scholae, σχο-

λαί, atque inde σχολάριοι. Procopius l. 8. οἱ περὶ τῆς τοῦ παλατιου φυλακῆς λόγοι, οὕσπερ σχολὰς ὀνομαζόντες. *Militum mancipuli qui ad palatii custodiam destinati sunt; hos scholas vocant.* Hoc est, milites, ut dixi, feriatos. Quare ex ingenio alii interpretantur: *domus regis SCHOLA dicitur, id est, disciplina: quia non tantum SCHOLASTICI, id est, disciplinati et bene correcti sunt, sicut alii: sed potius ipsa schola, quae interpretatur disciplina, id est, correctio, dicitur: quae alios habitu, incessu, verbo, et actu, atque totius vanitatis continentia corrigit.* Episcopi in epistola ad Ludovicum.

V 377

P. 135, 16. *Inerti et imbelli cuique nomen id sibi adsciscere licuit*] Scilicet tempore Zenonis; adstipulatur Agathias l. 5 et rem exacte narrat. Nam a Zenone γνώριμοι, et συνήθεις, noti ac familiares ea militia donati sunt. Deinde alii οὐ πρὸς ἀξίαν, ἀλλὰ πρὸς χάριν, non pro dignitate eligi coeperunt, sed ad gratiam. Denique a Iustiniano εἰς ἐμπορείαν μετέστη τὸ χρῆμα, ad negotiationem redacta res est. ὥς μηκέτι ἄλλως ἐν τοῖςδε τοῖς στρατεύμασι καταλέγεσθαι τοὺς βουλομένους πρὶν ἂν χρυσίου τι μέτρον καταθεῖεν: ita ut nullus in iis numeris inscriberetur, nisi qui prius certam auri summam solvisset.

P. 136, 9. *Certa stipendia Caesari condonarunt*] Saepissime in reliquis suae historiae libris hoc Procopius repetit. Nec mirum, quando et militi in stationibus et in castris degenti eadem stipendia Iustinianus negavit. Lege l. 1 et 2 bell. Pers. et l. 8 historiae.

P. 136, 14. *Sunt in imperatoria domo dignioris ordinis milites*] Nominat hic domesticos, et protectores, infra p. 117. *Silentiariorum*: iique omnium dignissimi fuerunt, quippe qui ab intimo imperatoris cubiculo essent, ob idque cubicularii etiam appellati. Porro cubiculum anterius ex quo statim in ipsum imperatoris ibatur cubiculum, ob silentium quod principis reverentia servabatur, vocatum fuit *silentium*, et Graeci corrupto vocabulo σιλεντιαρικιον: et intimi illi cubicularii, *silentiarii*, quamobrem ἐπιστάτας τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς, praepositos silentii quod imperatoribus impenditur, hos Agathias nuncupavit. Cyrillus Scythopolitanus, εἰς τὸ λεγόμενον σιλεντιαρικιον φθάσαντας οἱ ἐπὶ τῶν θυρῶν σιλεντιάριοι ἔνδον εἰσεδέξαντο. *Qui cum ad silentium pervenissent, a silentiariis ostio praepositis introducti sunt.* Hic locus dicebatur ad secundum velum; nam primum velum erat in primis ipsis, et exterioribus cubicalis, quod consistorium vocabatur a consistente multitudine, et principis audientiam praestolante. Haec ibidem Cyrillus declarat. Silentiariorum dignitas et honor praecipuus fuit, ut eorum tituli ostendunt. Magnus Silentiarium, θανασιώτατος, in actis concilii Chalcedonensis, et in antiquissimo

A 104

volumine ex corticibus arborum ita legi; ego *Romulus V. C. silentiarius his instrumentis testis subscripsi*. Cum Zonaras ergo χαμαίξηλον ἀξίωμα dixit, ad praefectos urbis et praetorii, patriciosque et senatores, et huiusmodi superiores gradus respexit; inter quos tamen numerare silentiarios Dorotheus non dubitavit doct. 23. τὴν σύγκλητον, τοὺς πατρικίους, στρατηλάτας, ὑπάρχους, σιλεντιαρίους, εἰσὶ γὰρ αὐταὶ πολῦτιμοι στρατιαί. *Senatum, patricos, praefectos, silentiarios, quae omnes sunt honestissimae militiae.*

P. 137, 4. *Sed plura de his ad hoc unum caput revocemus*] Quae Procopius praetermittit lege apud Agathiam l. 5 extremo; licet et ille quae praeterit, duobus verbis complectatur. περιεώρα Ἰουστινιανὸς τὰς τάξεις διαφθειρομένας, ὡς δὴ τὸ λοιπὸν ἤκιστα γε αὐτῶν προσδεησόμενος. *Militarium ordinum exitium et corruptelam perinde Iustinianus negligebat, ac si nunquam in posterum illi futuri sibi essent, necessarii.* P 166

P. 137, 10. *Duo iam et triginta excurrunt anni*] Iterum ac tertio idem in hac historia repetit. Imperium autem Iustiniani perduravit novem et triginta totos annos, ita ut extremo eius anno Narses pontem Salarium tertio ab urbe lapide referent. Sic enim ibi legimus. IMPERANTE. D. N. PISSIMO. AC TRIUMFALI. SEMPER. IUSTINIANO. PP. AUG. ANN. XXXVIII. Hos annos Iustinianum integros exegisse testatur illorum temporum scriptor Ioannes Epiphaniensis scholasticus, quem Evagrius l. 5 extremo civem suum atque cognatum nominat. Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἐννέα καὶ τριάκοντα τοῖς πᾶσιν ἔτεσι Ῥωμαίων ἀρχὰς ἐτελεύτα τὸν βίον. *Iustinianus imperator novem et triginta integros annos cum Romanum imperium tenuerit, vita functus est.* Unde Zonaram, chronicon Alexandrinum, aliosque corrigas. Verum cum Idibus Novembris diem Iustinianus obierit, ad trigesimum nonum annum septem praeterea menses, ac dies tredecim addamus oportet. Nam anni imperii Iustiniani numerandi sunt a calendis Aprilis consulatus Mabortii, quando Caesar et imperii collega a Iustino renunciatus est; quod non solum Marcellinus comes, et Evagrius tradunt, sed etiam Cyrillus Scythopolitanus Iustiniani aequalis, qui anno secundo post consulatum Lampadii et Orestis sextum Iustiniani computat. Ipse Iustinianus novella 47 imperii sui annum undecimum in secundum P. C. Belisarii annum incidere affirmat; publicasque eius anni tabulas ita notari iubet. *Imperii Iustiniani divinissimi Augusti, et imperatoris anno undecimo P. C. FL. Belisarii V. INL. anno secundo.* Ergo ad quadragessimum annum imperii Iustiniani defuerunt menses quatuor, dies decem et septem.

P. 137, 14. *Suo quique in ordine perpetuo succedunt*] De Asterio scriba praetoriano Synesius epist. 61. τῆς συμμορίας A 105

τῶν ταχυγράφων Ἀστέριος εἰς οὐκ ἕτατος, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τρίτος ἢ τέταρτος, νῦν δὲ καὶν πρῶτος εἶη. *Ex ordine scribarum Asterius, in quo non postremus est, sed tertius ferme vel quartus, nunc fortasse primus.* Nam ex quo tempore illinc Synesius discesserat, coniicit Asterium gradum aliquem in suo ordine fecisse.

P. 139, 7. *Ad utrumque fretum publicanorum ordines instituti*] Theophanes de Irene imperatrice, τῆς Ἀβύδου καὶ τοῦ Ἰεραῦ τὰ λεγόμενα κομμάτια ἐκούφισε. *Abydi et templi vectigalium, quae commercia vocantur, modum statuit.* Templi Blacherniani scilicet, quod est ad ostia Euxini maris, ut supra dixi ad p. 15.

P. 139, 13. *Addaeum gente Syrum*] Aliis est Audius. Evagr. l. 5 c. 3. *Non longo tempore post, Aetherium, et Addaeum utrumque ex ordine senatorio, qui principem locum apud Iustinianum diu tenuerant, in iudicium ob piaculum quoddam adducit Iustinus. Quorum alter, Aetherium dico, confessus est se animo instituisse, imperatorem veneno conficere, habuisseque Addaeum illius conatus socium, et in omnibus adiutorem. Verum Addaeus gravi cum iureiurando affirmat, se istius rei proreus ignarum esse. At uterque tamen securi percussus est: atque Addaeus, cum iam caput abscinderetur, dixit ingenue, se licet falso de iis rebus esset accusatus, iusta tamen, debitaque a deo facinoris cuiusque contemplatore et vindice sibi inflicta supplicia. Theodotum namque aulae praefectum se praestigiis quibusdam e medico sustulisse. Caeterum ista itane se habeant, an secus, non possum equidem pro certo affirmare: attamen uterque scelestus fuit: quippe Addaeus insano puerorum amore exarsit: Aetherius autem nullum calumniae genus praeteriens, tum vivos, tum mortuos nomine aulae imperatoriae, cui regnante Iustiniano praefuit, fortunis spoliavit.*

P. 141, 16. *Unciam serici sex aureis dabat*] Ante Iustinianum carius. Nam sub Aureliano, ut Vopiscus ait, *libra auri, libra serici fuit*, et in lege Rhodia est, ὀλοσηρικὰ ὅμοια
P 167 τῷ χρυσῷ, *sericum et aurum tantundem valent.* Ex his locis corruptissimum hunc Procopii locum emendavimus. Nam quod in Graeco est τὴν οὐκίαν, restituvimus τὴν οὐγκίαν, *unicam*: cum enim imperante Iustiniano sericum per totum Romanum orbem distractum fuerit, minus quam tempore Aureliani vendebatur; scilicet aureis octo et viginti minus. Nam si tunc libra auri, libra serici fuit, ut affirmat Vopiscus, centum circiter aureis libra serici erat. Ex quibus si octo et viginti aureos detrahas, duobus et septuaginta aureis libra sub Iustiniano vendebatur. Quam summam colliges, si cum Procopio sex au-

reis constitisse dicamus unciam serici: quare ex coniectura et historia οὐγκίαν reposuimus.

P. 142, 1. *Quem holoverum vocant*] Ergo holoverum tinctura serici et color est, non sericum, ut ad hanc diem multi existimarunt, inanibusque rationibus id astruere conati sunt.

P. 142, 13. *Causidicorum ordinem statuit evertendum*] In pragmatica Iustiniani sanctione a Petro Pitheo edita c. 12 medicis, causidicis, grammaticis, annonae restituuntur; ergo A 106 ablatae fuerant. Zonaras, *de consilio praefecti stipendia liberalium artium magistris olim constituta in omnibus urbibus sustulit*. Anonymus in chronico, ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς πέμψας εἰς Ἀθήνας ἐκέλευσε μηδένα τολμᾶν διδάσκειν φιλοσοφίαν καὶ ἀστρονομίαν. *Iustinianus imperator nuntios Athenas misit, qui prohiberent philosophiam et astronomiam doceri.*

P. 144, 6. *Duo Romanis consules creabantur, Romae quidem alter, alter Byzantii*] Saepe quidem unus sine collega consul vel in oriente, vel in occidente fuit. Sed quid causae est, quod antiquorum epistolae et pleraque alia monumenta extant unico tantum consulis nomine consignata iis etiam annis, quibus duos fasti consules habent? Ex hoc Procopii loco V 378 peti posse causa videtur. Quia scilicet aliquo opus erat spatio temporis, quo consulum creatorum nuncii ultro citroque perferrentur; interim provinciales consulem solum notabant, cuius primum notitiam habuissent. Synesius epist. 132. χθές καὶ πρώην ἐπὶ τῶν ἑναγχοῦ ὑπάτων, ὧν ἄτερός ἐστιν Ἀρισταίνετος, τὸν γὰρ συνάρχοντα ἀγνοῶ. *Nudiustertius, novis consulibus, quorum alter est Aristaeetus, collegam enim ignoro.* Ad hunc locum vir eruditissimus Dionysius Petavius; *συνάρχων Aristae-neti Honorius imperator fuit anno 404.* Bene est, sic habent fasti; subdit. *Nec mirum ignorari ab Synesio; etenim consularis honos principali fastigio, velut sidus solis lumine condebatur.* Sed ludi, venationes, munera statim initio consulatus ab Honorio de more data, publicae tabulae eius nomine consignatae consulem nonne prodebant? Dicamus ex Procopio quod est. Synesius orientis consulem commode statimque habere potuit, consulem occidentis nec commode nec statim. In tabulis vero publicis, consulis, cuius nomen ignorabatur, sic mentio fiebat. Φλαβίου Πρωτογένους καὶ τοῦ δηλωθησομένου ὑπάτου. *FL. Protegens, et declarando cons. Act. 7 concilii Constantinop. sub Flaviano. Chalcedonensis concilii actiones notatae sunt, Marciano, et qui fuerit nunciatus cons. in calce diplomatis Theodosii sic legimus, FL. Antiochi et alterius declarandi consulatu.*

P. 144, 13. *Non est omnino comitia videre consularia*] Ut donativis, strenisque parceretur, quod hic narrat Procopius, et Iustinus apud Corippum confirmat.

*Non solum optati iubeo spectacula circi,
Praemia sed populis, et maxima dona parabo.*

P. 145, 8. *Nam de commissis ab eo in sacerdotes, infra locus erit]* Ubi tandem? tertio hic iam idem pollicetur; neque ullum in hac historia huiusce rei vestigium invenias. Nempe de Iustiniani ac Theodorae saevitia in sacerdotes dicere animus erat. Theodora iussit Sylverium occidi, Vigilium fune per urbem trahi. Iustinianus quamplurimos Episcopos Africanos custodiis inclusit; viros sanctissimos Butychium Constanti-
P 168 nopolitanum, et Anastasium Antiochenum ecclesiis expulit. Lege Vict. Tunn. in chron. Liberatus Diac. in breviar. c. 24. *Caetera vero, inquit, quae subsequenter in episcopos et catholicam ecclesiam a Iustiniano facta sunt, quomodo consentientes episcopi in trium damnationem capitulorum muneribus ditabantur, vel non consentientes depositi in exilium missi sunt, vel aliqui fuga latitantes in angustiis felicem exitum susceperunt, quoniam nota sunt omnibus, puto nunc a me silenda. Vide quae notavi ad p. 48 et 53.*

P. 146, 5. *Effracto aquarum ductu]* Fortasse intelligit de Adrianaeo aquae ductu, quem initio sui imperii Iustinianus restauraverat. Anonymus in chronic. *Ἰουστινιανὸς ἀνετέως τὸν τοῦ Ἀδριανείου ὕδατος ἀγωγὸν, ὃν πρὸ τοῦ τὸ Βυζάντιον βασιλεῦσαι Ἀδριανὸς βασιλεὺς ἐποίησε τοῖς Βυζαντίοις χαρίζομενος. Iustinianus restauravit Adrianaeum aquaeductum, quem, antequam Byzantium imperii sedes esset, Adrianus imperator fecerat in gratiam Byzantium.* Lege chron. Alexandr. Ad hunc aquarum ductum restaurandum triginta talenta Mauricium imperatorem Byzantiis donavisse scribit Theophylactus Simocatta l. 8 c. 13.

P. 146, 5. *Frequens multitudo aequatum veniens, sese ad fontes opprimeret]* Theophanes anno Iustiniani trigesimo sexto, μηνὶ Νοεμβρίῳ ἀβροχία πολλή ἐγένετο καὶ λείψις ὑδάτων, ὥστε γενέσθαι μάχας πολλὰς ἐν τοῖς ὑδροῖσι. *Mense Novembre nullae pluviae fuerunt, et ob id aquarum penuria, ita ut ad fontes multae pugnae extiterint.* Et eodem anno, mense Augusto, γέγονε λείψις ὑδάτων, ὥστε σφαλισθῆναι τὰ δημόσια λουτρά καὶ ἐγένετο φονοκοπία εἰς τὰ ὕδατα. *Talis fuit aquae penuria, ut publicae clauderentur balneae, et ad fontes caedes patrarentur.*

P. 146, 8. *Regia non caperet, in qua priores Caesares diutius perque libenter versati fuissent]* Ante Iustinianum in diversis urbis Byzantii regionibus quinque regiae numerantur, quas autor descriptionis vocat palatia; praeterea domus divinae Augustarum sex, nobilissimae tres. Celebres inter has erant domus Placidiae et Marinae in regione prima. Domus Pulcheriae in regione tertia, et undecima. Domus Arcadiae

in regione nona et decima; in qua et *Eudociae* domus fuit. Has domos apud historicos *δεσποινικὰς*, et *δεσποτικὰς*, *dominicas* appellatas reperies: in quarum aliis imperatores sedes habuerunt; aliae recondendis Caesarum divitiis erant destinatae; harum praefecti *curatores* dicti, et ex primaria electi nobilitate. Imperante Iustiniano domus Placidiae curator Zimarchus fuit, Iustini senioris commilito, domus Marinae Georgius Theodorae Augustae consanguineus. Marinae domui Belisarii bona, post eius obitum, addicta fuerunt, ut Theophanes ait; *τοῖς βασιλικοῖς θησαυροῖς*, Zonaras; eam ob causam quam modo dixi. Ad has omnes regias suas Iustinianus adiecit munificentissime constructas in suburbano *Heraeo* in *Iucundiano*, quod deinde *Iustinianum* vocatum est, hodie *Galata* et *Pera*. Procop. l. 1 aedif. extremo.

P. 149, 5. *Alexandrinus id perpetuo contra usurpasse atque liceret, reique publicae interesset*] Impudentissime mentitus est Hephæstus; Iustinianum vero ab eo decipi turpe fuit. Nam ea Diocletiani largitas in egenos erat omnibus nota. Et A 108 cum alii, tum Dioscorus Alexandrinus paucis ante annis in concilio Chalcedonensi eiusdem factus est criminis reus, in quod Iustinianus incurrit. Nam ille in suam rem convertebat, ut in dato libello narrat Ischyrius, *τὸν παρεχόμενον παρὰ τῶν βασιλέων σῖτον πρὸς τὸ τοὺς παρεπιδημοῦντας, ἔτι δὲ καὶ ἔντοπιους πένητας παραμυθεῖσθαι, frumentum ab imperatoribus concessum cum ad convenarum, tum ad provincialium pauperum solatium*. Conc. Chalced. act. 3.

P. 150, 1. *Dederat Paulum Alexandrinis Antistitem*] P 169 Cyrillus Scythopolitanus in vita S. Sabae. Miror Evagrium synchronum in serie episcoporum Alexandriae hunc praetermisisse. Licet Iustinianus Paulum Alexandrinae praeficiendum ecclesiae curaverit, vide tamen in eo initiando canonum ecclesiasticorum observantiam. *Paulus quidam* (ait Liberatus in brev. c. 23) *unus abbatum Tabennensium monachorum, ad Alexandrinam sedem ordinatur episcopus Pelagio interveniente Apocrisario Romano, plane orthodoxus suscipiens Chalcedonensem synodum. Ordinatus est a Mena Constantinopoli praesente eodem Pelagio responsario Vigilii, et Apocrisariis Ephraemii Antiocheni, et Petri Hierosolymorum*.

P. 150, 4. *Cuius opera facile Alexandrinorum primum studia ad Chalcedonensis concilii firmitatem crederet excitanda*] *Atque ob id Paulus accepit ab imperatore potestatem super ordinationem ducum, et tribunorum, ut removeret haereticos, et pro eis orthodoxos ordinaret, per illos enim populi invalescebant*. Liberat. in brev. c. 23.

P. 150, 6. *Arsenius quidam*] Cyrillus Scythopolitanus, *Ἀρσένιός τις Ἰλλουστρίου ἀξίωμα ἔχων πολλὴν οὐκ οἶδα ὅθεν*

πάροδον ἔχων παρὰ τῷ βασιλεῖ καὶ Θεοδώρα τῇ βασίλισσῃ παραδιδάξας τὴν αὐτῶν εὐσέβειαν εἰς ὀργὴν κατὰ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ Χριστιανῶν ὀρθοδόξων πιστῶν κεκίνηκε. *Arsenius quidam dignitate illustris facilem nescio qua ex causa aditum habuit apud imperatorem et Theodoram Augustam, quod falsis narrationibus contra Christianos, qui in Palaestina degunt, concitavit.* Subdit Procopius, sentiebat ille cum Samaritis, verum ne tantae potentiae iacturam faceret, Christianorum sibi consulto nomen adsciverat. Nempe, ut idem Cyrillus narrat, cum sanctus Sabas Constantinopolim pervenisset Christianorum Palaestinae causam acturus, a quo sibi etiam atque etiam timebat, ob parentis et fratris in Christianos Palaestinae saevitiam, quodque ambo crudelissimum ea de causa supplicium dedissent; Scythopolim enim a Christianis incendio interierunt, quod idem Sabas multo ante praedixerat. *Σιλβανὸς ὡς ἐπὶ εἰρήνης ἐν Σκυθοπόλει εἰσελθὼν χωρὶς κελεύσεως βασιλικῆς ἀρπαγεις ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν εἰς τὸ μέσον ἐκαύθη τῆς πόλεως.* Silvanus Arsenii pater fuit, ut Cyrillus ibidem.

P. 150, 14. *Nulla principes affecerunt incommodo, nisi quod regia prohibuere*] Addit Cyrillus, *Ἀρσένιος ἀφανῆς ἐπὶ χρόνον γέγονε τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἀναιρεθῆναι αὐτὸν κελεύσαντος.* *Arsenius se ad tempus occuluit, quod eum interfici iusserit imperator.* Id fortasse per speciem; quare per simulationem et ipse Christianorum mysteriis tum est initiatus.

A 109 P. 151, 8. *Theodoram offendit, quae contrariis Caesaris studiis, ut infra dicam, ea in re niti visa est*] Id est, in causa Chalcedonensis concilii; nam Iustinianus *συνοδότης, conciliaris* erat: contra, Theodora damnabat eam synodum, amplectebatur Severum, Acephalos, Monophysitas, Theopaschitas, et alios eius temporis Haereticos. Vide Evagr. l. 4. Victor Tunn. ad consulatum Basilii, et ad consulat. Decii. *Theodora Augustae factio unum de Trinitate passum asserens non*
V 379 *secundum quid, sed absolute, suscipiendum cunctis generali lege imponit, et a clericis atque monachis subscriptiones violenter exegit.* Sanctus Sabas, ut Cyrillus refert, orare noluit pro sobole, quam sibi Theodora concedi a deo petebat, *ἵνα μὴ οἱ υἱοὶ αὐτῆς τῶν Σευήρου θηλάσωσι δογμάτων, καὶ χεῖρω Ἀναστασίου ταράξωσι τὴν ἐκκλησίαν.* *Ne, inquam, eius quoque filii Severi dogmata gustarent, et quam Anastasius periculosius ecclesiam perturbarent.* Quare bis anathemate percussa est, semel ab Agapeto, ut idem Victor affirmat ad consulatum Iustini; iterum a Vigilio. Sanctus Gregorius l. 9 epist. 36. *recordandae memoriae Vigilii papa in urbe regia constitutus contra Theodoram tunc Augustam, et Acephalos damnationis promulgavit sententiam.* Quod hic de concilio Chalcedonensi, et de contrariis factionibus dicturum se pollicetur

Procopius, omnino desideramus; idem octavo libro superioris P 170 historiae innuebat, ut ad p. 53 notavi.

P. 151, 5. *Psoëm diaconum Rhodoni praefecto necandum tradit*] Bene cum tota hac historia de Psoë conveniunt quae Liberatus eodem loco narrat. *Cogitante Paulo Episcopo remove Eliam magistrum militum, Psoius diaconus quidam et Econumus ecclesiae, amicus Eliae per portitores litterarum velocissimos pedestres, quos Aegypti Symmacos vocant, omnia molimina Pauli Eliae scribebat. Contigit autem Paulum invenire litteras eius Aegyptiace scriptas et legere, et timens quod de Proterio contigerat, sollicitus de eo factus est, et coepit Psoium compellere, facere rationes ecclesiae. Quem tradidit iudici, et imperatori de eo retulit. Eo tempore apud Alexandriam Rhodo erat Augustalis. Qui eum accipiens custodiendum usque ad imperatoris praeceptum, consilio cuiusdam prioris civitatis nomine Arsenii acceptis muneribus, inscio, ut fertur, episcopo, clam nocte totis viribus eum magno cruciatu occidit. Cuius filii et affines imperatorem interpellantes, suggererunt ei qua vi eorum parens mortis debitum persolvisset. Quod audiens imperator vocavit Liberium, et fecit Augustalem, misitque eum Alexandriam inquirere causam. Ad quam urbem Liberius cum venisset, Rhodonem ad se venire iussit, et ab eo requirebat quomodo occidisset diaconum. Ille vero respondit, iussione episcopi fuisse factum: habere se imperatoris delegationem aiebat, ut quidquid iuberet episcopus, modis omnibus impleret. Sed negante Paulo Episcopo, et se nescire clamitante, prior ille civitatis Arsenius homicidii illius autor inventus, morte mulctatus est. Porro Paulo Episcopo Gazam in exilium misso Rhodo cum gestis de eo actis directus est Constantinopolim. Cuius gesta cum intra palatium principi legerentur, iussit eum ab scurrone duci, et foras regiam A 110 civitatem occidi.*

P. 151, 11. *Antistites viros probatos, Alexandriam de causa cognituros mittit*] Causa quidem Alexandriae, ut ait Procopius, cognita est; sed Gazae, ubi Paulus exulavit, depositus est, ut idem Liberatus narrat, et Cyrillus Scythopolitanus.

P. 153, 13. *Iustiniano libuit Christianorum sanctiones pervertere*] Etsi passim in novellis vindicem atque custodem canonum ipse se appellat. Utrum gravius fuit ecclesiasticas sanctiones pervertere, an praescribere? Hoc tam licenter fecit Iustinianus, ut quidquid insigne in ecclesiasticis canonibus est, sua voluerit autoritate stabilitum, declaratum, ac poenis vindicatum. Inde factum est, ut ecclesiarum orientis episcopi eas sibi regularum collectiones concinnare coeperint, quas *νομοκάνονια*, sive *νομοκάνονας* vocant. Quorum primus autor fuit Ioannes Scholasticus, qui Eutychio CP. in exilium pulso suf-

fectus a Iustiniano est. Extat in Vaticana bibliotheca Ioannis illius νομονάνων in quinquaginta titulos distributus. Sed ea Iustiniani immoderata licentia quemadmodum in occidentis ecclesias minime pervasit, ita in oriente patriarcharum vel oscitantia, vel adulatione invaluisse videtur.

P. 153, 15. *Alienae manus mentiendae peritus*] Horum infinitam suo tempore fuisse multitudinem, Iustinianus ipse confirmat ea lege quam contra eosdem tulit. Novell. 73.

P. 155, 1. *Ille accepta pecunia mox legem scribit, etc.*] Centenariae praescriptionis ecclesiis a Iustiniano concessae, occasionem hic vides. Praeterea non tantum ecclesiae Romanae, ut ex novella 9 quidam colligunt praescriptionem centum annorum amplificatam fuisse; sed hanc legem in universo Romano imperio perinde valuisse.

P. 155, 9. *Quibus ex tanta temporum distantia, atque nocte rerum olim gestarum, nulla defensio suppeteret*] Adeo incommodum atque absurdum hoc visum est, ut vel hac de causa centenariam praescriptionem Iustinianus revocare coactus sit, atque omnino tollere, ut habes in edicto quinto, cui falsus est titulus *de litigiosis* praefixus. Ἐπειδὴ δὲ, inquit, διὰ τοσούτου διαστήματος τοῦ αἰῶνος μᾶλλον ἢ περὶ τοῦ χρόνου, οὔτε ἡ ἀνεραιότης τῶν ἀποδείξεων, οὔτε ἡ πίστις τῶν πεπραγμένων, οὔδὲ ἡ ἡλικία λαχέει βοηθῆσαι τοῖς μάρτυσι. Mirum est a Procopio de revocatione huius centenariae praescriptionis nihil dici. Fortasse id Iustinianus curavit post annum imperii secundum atque trigesimum, quando haec Procopius scribebat.

P. 156, 2. *Si quando enim Paschatis celebritatem*] Non Hebraeis modo, sed ipsis etiam Christianis vertentem Paschatis diem invertere Iustiniano placuit. Nam anno eius imperii undevigesimo, ut narrat Theophanes, a quo Ioannes Siculus accepit, ἐγένετο διαστροφή περὶ τοῦ αἵλου πάσχα, καὶ ἐποίησαν οἱ δῆμοι τὴν ἀποκρεώσιμον μηνὶ Φεβρουαρίῳ τετάρτῃ. ὁ δὲ βασιλεὺς προσέταξεν ἑτέραν ἑβδομάδα προεθῆναι κρέα, καὶ πάντες οἱ κρεωπῶλαι ἔσφαξαν καὶ προέθηκαν, καὶ οὐδεὶς ἠγόραζεν, οὔτε ἤσθιε. τὸ δὲ πάσχα γέγονεν ὡς ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε, καὶ εὐρέθη ὁ λαὸς νηστεύων ἑβδομάδα περιττήν. *Facta est eversio, ut vertit Anastasius, de sancto Pascha, et a carnibus coepit vulgus abstinere mense Februario, die quarta. Imperator autem praecepit alia hebdomade carnem apponi, et omnium carniū venditores occidere et apposuisse, et nemo emebat, aut edebat. Porro Pascha factum est, ut imperator iussit, et inventus est populus ieiunans hebdomada superflua. Ex hoc loco corrige Nicephorum Callisti l. 17 c. 32 qui idem perperam narrat.*

P. 156, 9. *Liberio, de quo paulo ante memoratum*] Erat

patricius Romanus a Theodahato Gotthorum rege ad Iustinianum ablegatus. Diversis magistratibus in oriente functus est. Tandem contra Gotthos senex licet et bellorum inexpertus in Italiam mittitur.

P. 157, 12. *Eudaemon frequenti numero propinquorum relicto paulo post intestatus decessit*] Cuius ob id omnia bona Iustinianus rapuit nulla habita propinquorum ratione; idem narrat de Euphrata Eunuchō; de Triboniano et ex Agathia, de aliis diximus supra ad p. 55. Iustinus iunior tantam non tulit Iustiniani impietatem, ut Corippus scribit; verum

————— *aliena pecunia, dixit,*
Reddenda est, vivus patri qui substitit haeres,
Thesaurus fidis privatos ferre ministris
Imperat. —————

P. 157, 13. *Euphratas*] De quo mentio est l. 8 historiae non longe a principio.

P. 158, 2. *Irenaei*] Vide Evagr. lib. 4 cap. 4 et chron. Alexandr. ad consulatum Iustiniani 3 et ad consulatum Lampadii et Orestis, et Procop. l. 1 bell. Pers.

P. 158, 10. *Quartam haeredes habent*] Lege novell. 38. Anonymus in chron. *Δοκῶν εὐνομεῖν Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς πράγματι ἐπεχείρει παρανοματάτω, τῶν γὰρ τελευτώντων τὰς περιουσίας οὐκ εἶα κληρονομεῖν τοὺς ἐκ γένους, ἀλλὰ τῷ δημοσίῳ προσαφόριζε.* *Iustinianus imperator specie pietatis rem iniquissimam aggressus est; nam haereditates defunctorum cognatos adire minime permisit, sed fisco eas addixit.* Sic Belisarii bona Augustae domui marinae, ut supra diximus, addicta sunt a Iustiniano.

P. 159, 12. *Malthanes*] In inscriptione novellae 142 est *Μαρθάνη*, in epistola Iustiniani, et actis synodi Mopsuestenae, *Marthanii*. Unde colligitur, Malthanem anno imperii Iustiniani vigesimo quarto in Cilicia fuisse; nam Mopsuestia oppidum est secundae Ciliciae, ubi concilium adversus Theodorum celebratum est, cui Malthanes iussu Caesaris interfuit.

P. 161, 6. *Priores Romani principes*] De Augusti cura hac super re lege Suetonium. Pius, ut Capitolinus ait, *vehicularium cursum summa diligentia sublevavit.* Severus, ut V 380 scribit Spartianus, *vehicularium munus a privatis ad fiscum traduxit.* Imperatores ipsi Caesar, Nero, et alii per dispositos equos vel vehiculis ac rhedis prope incredibili celeritate itinera A 112 longissima emensi sunt. Vide Val. Max. l. 5 c. 5. Plin. l. 7 c. 5. Plutarch. in Caes.

P. 161, 7. *Ut quam celerrime ex nunciis cognoscerent*] Suetonius in Augusto eandem sententiam sic extulit. *Et quo celerius, ac sub manum annunciari cognoscique possit, quid in provincia quaque gereretur, iuvenes primo modicis inter-*
Procopius III.

vallis per milliarias vias, dehinc vehicula disposuit commodius, etc.

P. 161, 12. *Octona ferme stabula*] Graecam vocem σταθμὸν cum de Veredariis sermo est, a bonis autoribus *stationem* vel *mansionem* dici non ignoro; sed *stabulum* tam trito usu prisci dixerunt, ut de Romanis vocabulis quae ad Graecos transierunt, hoc etiam sit. Autor vitae sancti Hypatii, qui Arcadii iuimperatoris tempore floruit, *πλησίον τῆς μονῆς στάβλος ὑπῆρχεν ἐν ᾧ εἰσιν οἱ ἵπποι τοῦ δρόμου. Prope monasterium stabulum erat in quod equi publici cursus divertunt.* Procop. l. 5 aedif. καταλυτήριον τῶν βερεδαρίων. *Diversorium veredariorum.* Byzantio in Asiam iter facientibus statim occurrerant stabula in Rufiniano, Chalcedone, Dacibizae, Nicaeae, Helenopoli, Sasimis. Qui vici et urbes σταθμοὶ a scriptoribus hac de re vocantur. De quo nomine, deque aliis publici cursus incommodis suam Sasimorum ecclesiam ita describit Gregorius Nazianzenus.

Σταθμός τις ἐστὶν ἐν μέσῃ λωφόρῳ
Τῆς Καππαδοκῶν, ὅς σπλίζεται εἰς τρισσὴν ὁδὸν, etc.

Κόνις τὰ πάντα καὶ κόνις σὺν ἄρμασι,
Θρήνοι, στεναγμοί, πράκτορες, στρέβλαι, πέδαι,
Δαός δ' ὅσοι ξένοι τε καὶ κλανώμενοι,
Αὕτη Σασίμων τῶν ἡμῶν ἐκκλησία.

In regiae medio vias est vicus situs

Qui scindit in tres se vias, etc.

Hic cuncta strepitus, pulvis hic cum curribus,

Lamenta, fletus, carnifex, et compedes,

Tormenta. Cives hospites hic et vagi.

Erat haec meorum Sasimorum ecclesia.

Σταθμὸν, vicum Bilius transtulit, *mansionem*, vel *stationem* verius dixisset; sic enim efferendam puto commodius eam vocem, cum de urbibus vel oppidis ubi stabula veredariorum erant, autores loquuntur.

P. 161, 15. *Equis quam exeroitatissimis aliis aliunde succedentibus feruntur*] Synesius epist. 132. οὐδεὶς βασιλέως ἀγγελιαφόρος δημοσίαν ἵππον ἀμείβων ἔξεισι τῆς πόλεως, ᾧ μὴ τὰ πρὸς τὴν σὴν λογιότητα μέρος γίνεται τοῦ κατοίκων φορτίου. *Nullus imperatoris veredarius equum publicum mutans urbe proficiat, cui non humeralis sarcinae pars aliqua sit quod ad eruditionem tuam mittitur.* Non solum equis cursum conficiebant, sed curribus, ut Nazianzeni locus ostendit, et rhedis, unde veredi.

P. 164, 3. *Πορφυρέων*] Scribendum πορφυρέων, ut eius pagi episcopi in actis synodicis subscribunt. Est nomen περιεπτικόν. Ibi fortasse Tyrii purpuras piscabantur. In epistola

Simeonis Stylitae ad Iustinianum iuniorum *θηλυκῶς* nomen affertur, *τῆς αὐτῆς πορφυρεῶνος*.

P. 164, 8. *Porphyrionem maritimum pagum*] Talis fuit A 115 ut Episcopum haberet. Iustiniani tempore Theodorus eam rexerat ecclesiam, qui in epistola Epiphanius tum Tyriorum Antistitis subscriptus habetur. Huic deinde successit sub eodem Iustiniano Christophorus, qui concilio Constantinopoli a Menna celebrato interfuit, ut ex hac eius manu liquet, *Χριστοφόρος Πορφυρεῶνος Φοινίκης παραλλας*.

P. 164, 12. *Cum in conspectum Iustiniani, Theodorusque venirent tum alii, etc. utrumque principis pedem osculo P 173 prosequerentur*] Alios inferioris ordinis id observasse credibile est, quando patriciorum hic usus erat, ut hic habes, et p. 68 et 69. Corippus lib. primo,

et poplite flexo

Plurima divinis supplex dabat oscula plantis.

De Persarum legatis idem narrat Menander Protector lib. primo. Ab ecclesiasticis idem servatum ostendere videntur episcoporum et monachorum litterae ad Iustinianum, *ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης Ἀγαπητὸς ὁ ἀξιόθετος τῶν εὐσεβῶν ὑμῶν ἰγνῶν. Archiepiscopus veteris Romae Agapetus qui ad piorum vestrorum vestigia pedum admissus est. Et monachi, ἰδεθήμεν τῶν εὐσεβῶν ὑμῶν ἰγνῶν, piis vestris vestigiis supplicavimus. Et alibi, ἄμα πάντων ἡμῶν τοῖς πρεσβυτέροις σὺς τὰ ἰγνη τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως δραμεῖν, simul cum nobis presbyteris ad vestigia piissimi imperatoris nostri accurrere. Ab ecclesiasticis hoc genus obsequii minime requisivisse Iustinianum palam est; imo a patriarcha in ingressu discessuque benedicti consuevisse Innocentius Maronianus eius temporis scriptor testatur in epist. ad Thematem. *Piissimus atque amator dei imperator noster accersito sanctissimo patriarcha Epiphanio praecepit nos ingredi cum ipso, et postquam locutus est ei quae deus illi inspiravit, ipsum quidem dimisit, secundum morem oratione facta pro eius pietate. Si hoc est, qui credere Graecis possumus Agapetum Romanum Iustinia vestigia veneratum fuisse, cum ad eum patris prae se ferens auctoritatem accesserit? nam in epistola ad Petrum Hierosolymitanum, cum itaque pervenissemus, inquit, ad comitatum serenissimi imperatoris filii nostri, etc. Sic imperatores Romanos appellare Romani pontifices; quod dicere neque Epiphanius patriarcha, neque alius Graecorum severissimus censor, et ecclesiasticae dignitatis vindex unquam posset. Illa vero loquendi consuetudo est, et Graeca quaedam adulatio. Orientis episcopi suis imperatoribus ita semper blanditi sunt. Photius Tyrius Marciano Augusto, *δέομαι οὖν προκαλινδούμενος τῶν ὑμῶν ἰγνῶν. Oro igitur ad vestrorum pedum vestigia provolutus,***

Eustathium Episcopum Beryti non puduit imperatoris etiam ministros illa dicendi forma venerari τῶν ποδῶν ὑμῶν, *per vestra vestigia*, qui nonnisi usu Graecanico excusari potest, dummodo usus ipse dignus excusatione sit. Qui etiam ante Iustiniani tempora sic invaluit, ut Sabas vir sanctus consueta

▲ 116 suae genti locutione Anastasio imperatori Haeretico dixerit: ἦλθον εἰς τὸ προσκυνῆσαι τὰ ἵχνη τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας. *Vestrae pietatis vestigia adoraturus veni*. Agatho pontifex Romanus in summo catholicae fidei discrimine hoc usus est orientalium more per epistolam, ut eo vehementius Constantini Augusti animum ad religionis defensionem permoveret. *Tanquam praesentialiter prostratus*, inquit, *et vestris vestigiis provolutus, quae*. Et ad Constantinum et Irenem eodem pietatis affectu scripsit Adrianus I.

P. 166, 3. *Romanorum opes: pars direptas a barbaris; pars a Cassare in diversis latebris retrusas affirmare*] Quidquid alii opinarentur, grave aes alienum Iustinianus reliquit, quod Iustinus successor dissolvit, ut Corippus affirmat lib. 2.

*Plurima sunt vivo nimium neglecta parenti,
Unde tot exhaustus contraxit debita fiscus,
Reddere quae miseris moti pietate paramus.*

et paulo post;

*Innumerae mox advenerunt catervae,
Fortia centenis onerataque brachia libris
Deposuerunt humeris. Turmas glomerantur in unum,
Et totus fuso circum resplenduit auro.
Tunc posita ratione palam, populoque vidente
Debita persolvit genitoris, cauta recepit.*

P. 166, 5. *Ex rebus humanis excesserit*] De Iustiniani morte nihil Procopius, nam post hunc librum ab eo absolutum, totum septennium Iustinianus superfuit. Antiqui scriptores silent; ex recentioribus Sabellicus Enneade 8 lib. 4. et

P 174 Octavius a Rosberg mente captum obiisse affirmant. Id quidem de Iustino Iustiniani nepote etiam veteres narrant; et illius aetatis historici, Menander Protector l. 2 et Theophylactus Simocatta l. 3 c. 11. Num sicut inscitia Iustini senioris, ita iunioris dementia ob nominis similitudinem (ut supra saepe notavimus) Iustiniano adscripta est? Verum quae de Iustiniani stoliditate ad p. 36 l. 12 notavimus, huc facere videntur. Nam legisse me memini apud Suidam antiqui et boni auctoris haec verba. Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς εἶτε ὑπὸ γήρωος τὰ καιρία μὴ φρονῶν, εἶτε ἄλλως ἐμελλε τὴν ὀρθογνώμονα περὶ Χριστοῦ δοξάν διακνηθεῖν, εἰ μὴ ἐξ ἀνθρώπων ᾤχετο. *Iustinianus vero vel propter senectutem, vel alia de causa minime sana mente paratus erat ad orthodoxam de Christo sententiam perturban-*

dam, nisi ex humanis excessisset. Nescio an ex Evagrio id confirmari possit l. 4 extremo, ἀσράτως τρωθεις τὸν βίον κατέστρεψε, *ex occulto percussus hanc vitam finivit;* et l. 5 c. 1. οὕτω μὲν δὴ Ἰουστινιανὸς ἀπαξάπαντα ταράχου καὶ θορυβῶν πληρώσας, καὶ τὰ ἐπιχειρα τούτων πρὸς τῷ τέρατι τοῦ βίου κομισάμενος εἰς τὰ κατωτάτω μετεχώρησε δικαιωτήρια. *Iustinianus igitur, cum omnia omnino turba ac tumultu complevisset, mercedemque his rebus debitam in extremo vitae suae tempore reportasset, ad supplicia iusto dei iudicio apud inferos luenda profectus est.* Mortis quidem genus obscurum; obscurius vero est quod post mortem Iustiniano praemium sit persolutum. An quod hic Evagrius memorat flagitiosae eius vitae sane meritum? an quae flagitiosis etiam, sed poenitentibus, non negatur ἢ ἀκήρατος λήξις, immortalis vitae conditio, ut idem Theophylactus l. 3 c. 9 affirmat? Tantum iudicium in diem supremum remittamus.

INDEX HISTORICUS

IN LIBROS VIII. DE BELLIS.

- A** secretis dicitur scriba arcanorum I, 182, 19.
- Abagarus** vel **Abgarus**. Vide **Augarus**.
- Abandanes** Chosrois scriba I, 243, 3. legatus ad **Belisarium** I, 244, 15. reditum suadet **Chosroi** I, 245, 9.
- Abasgia** II, 499, 17. **Abasgi** ubi siti I, 288, 20. II, 471, 14. vicini **Caucaso** **Hunnisque** contermini II, 502, 5. et **Bruchis** II, 573, 4. veteres **Christianorum** et **Romanorum** amici I, 288, 20. **Christi** fidem amplectuntur sub **Iustiniano** II, 472, 11. qui apud illos **delparae** templum aedificat II, 472, 21. mittit ipsis episcopum II, 475, 10. eos castrari vetat II, 472, 16. cum multi eunuchi fierent vi regum tyrannica II, 472, 2. ad **Persas** deficiunt II, 498, 5. 21. ipsos domant **Romani** II, 499, 14. **Persae** tentant II, 548, 21.
- Abigas** **Numidiae** fluvius I, 494, 2. eius derivationes I, 494, 12. vide **Amigas**.
- Abigis**, protector, II, 176, 16.
- Abocharabus** **Phylarchus** **Saraceno-**rum I, 100, 1, 11.
- Aborrhbas** fl. **Circesium** alluens, in **Euphratem** influit I, 171, 6. ad eum sita **Theodosiopolis** I, 236, 8.
- Abramus**, e servo rex **Homeritarum**, **Christianus** I, 105, 7. vincit **Aethiopes** I, 105, 19. eorum regi tributum pendit I, 105, 19. vanam expeditionem in **Persas** suscipit I, 107, 7.
